DE OVIDI HEROIDVM APPENDICE QVAESTIONES:

PARIDIS ET HELENAE EPISTVLAE SINTNE OVIDI QVAERITVR.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS AVCTORITATE CONSENSV
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIAE HONORES CAPESSENDOS

IN

ACADEMIA PHILIPPINA

SCRIPSIT

ALEXANDER BILGER

FRANCOFVRTENSIS.

MARPVRGI.

MDCCCLXXXVIII.

THEODORO BIRTIO

PRAECEPTORI

BENEVOLENTISSIMO ATQVE CARISSIMO

SACRVM.

Cum iam diu inter viros doctos contentio sit, utrum heroidum ep. 16—21 Ovidio sint abiudicandae necne, fere omnes autem contendant genus dicendi, quo usus est poeta, non alienum esse ab usu Ovidiano, operae pretium esse putavi per singulos versus illas epistulas diligenter pertractare et eligere cum ea, quae aliis quoque locis apud Ovidium invenimus, tum hic quae solum exstant. Sed cum tempus me deficeret, nunc solum ep. 16 et 17 cum ceteris Ovidii scriptis comparavi; reliquas alio tempore pertractabo.

Sed priusquam ad rem aggrediar paucis liceat mihi verbis sententias virorum doctorum afferre, qui de eadem re disseruerunt. Inter quos primum locum tenet Lachmannus (prooemium indicis lectionum aestivarum a. 1848. cf. kleine Schriften II. p. 56). Qui exordiens ab amorum libro II. 18. epistulas 8. 9. 14. 16. 17. 19. 3. 12. 13. 18. 20. Ovidio abiudicandas censuit, et sex numero epistulas certis observationibus plane confutavisse sibi videtur (ep.: 8. 9. 14. 16. 17. 19.) de ceteris 3. 12. 13. 18. 20 quamvis maxima sit dubitandi causa, certiora tamen argumenta quaerenda esse concedit (cf. kl. Schriften p. 61). Sunt autem nonnulla graviora quae affert ex ep. 16 et 17: primum $16._{39-142}$ Ovidio abiudicanda censet; cf. kl. Schriften p. 56: »neque ullam excusationem habet inepta editorum vel recentissimorum superstitio, qui epistulam Sapphus et eos versus, qui apud Heinsium his numeris notati sunt $16._{39-142}$. $21._{13-248}$ noluerint aut eicere aut circumscribere.« Deinde et concedit in illis epistulis omne dicendi genus ad summam Ovidii similitudinem esse compositum et vituperat molestam quandam et exuberantem orationis abundantiam (p. 58). Deinde conferendum puto quod affert p. 59: »Leda in epistula $8._{78}$ et in $17._{55}$ item

in eadem $17._{150}$. Aethra littera finali correpta a constanti Nasonis consuetudine abhorrere ostendimus«; tum cf. p. 60: »Sed in elisionis quoque leges (eas quas Ovidius secutus est dicimus) graviter peccatum est et in octava et in septima decima, in quarum altera est »Castori Amyclaeo« $8._{71}$, in altera »disce meo exemplo« $17._{97}$. nam de Ovidio Mauricius Hauptius in observationum criticarum libello p. 22 rectissime statuit, eum longam vocalem in tertia dactyli syllaba nullam elisisse«. tum conferendum videtur quod scribit Lachmannus p. 61: »illud autem, quod postremo loco commemorabimus, hic poeta eo tempore, quo amatoria carmina scripsit, ausus nunquam est, ut versus pentametros vocabulo non disyllabo finiret, at in his epistulis huius modi versus exstant quattuor, in $14._{62}$: quae tamen externis danda forent generis, in $16._{288}$: lis est cum forma magna pudicitiae, in $17._{16}$: nec sedeo duris torva superciliis, in $19._{202}$ unda simul miserum vitaque deseruit«; denique Ovidium illas epistulas non in exilio composuisse ostendere studet p. 58: neque veri simile est, eum ad hoc genus unquam rediisse, qui paulo post nono metamorphoseon libro (529—569) Byblidos epistulam versibus heroicis scriptam inseruerit, neque in carminibus in Ponto scriptis aut emendatis ullam usquam illorum poematum mentionem iniecerit.«

Haec sunt quae ex Lachmanni libello proferenda putaverim, transeamus ad Lucianum Muellerum (de re metrica poetarum latinorum); qui quae de ep. 16 et 17 censuerit eius ipsius verbis liceat afferam: cf. p. 46: »quod ex epistulis Paridis et Cydippae versus 104 et 236 omissi sunt, membrana Puteana, paginarum quae vulgo dicuntur quattuor et novem agnoscemus defectum.« Deinde paulo inferius: »non intercedo, quin epistulae Paridis Helenaeque et Herus ab Ovidio existimentur alienae, quippe quae aut elisionis ratione aut positis in fine pentametri polysyllabis huius distent ab usu, nec hercule quisquam libellum de Hypermnestra Nasone ac sano homine putabit dignum, verum ceterae, nisi fallor, Lachmanni argumentationes neque a codicum consensu neque a ratiocinandi

firmitate tam sunt graves, certum ut sit inde et firmatum epistulas reliquas praeter illas octo nullo pacto posse videri scriptas ab ipso Ovidio.« denique cf. p. 48: »persuasumst mihi ex epistulis illis, quae in antiquo illo, de quo disputavi, fuerunt codice nullam praeter tres certis argumentis abuidicari posse Ovidio.« et paulo inferius: »sed bonitate aut pravitate incertorum librorum definire aetatem ea vero apertast temeritas. mihi autem ut dicam quod sentio certissimum videtur nullam omnium epistularum post Augusti ac Tiberii esse scriptam tempus, plane ut dissentiam a Merkelio, qui statuit (praef p. 10) quasdam earum indignas esse quovis Ovidii aequali aut amico.« Deinde Lucianus Muellerus in Mus. Rhen. $17._{192-195}$ epistulam Hypermnestrae Ovidio abiudicandam censet; quem libellum praetermittamus liceat, cum non respiciat ad p. 16 et 17. graviora autem attulit in Mus. Rhen. $18._{86-90}$. cf. p. 88: Was darauf jenes (wie Lachmann es nennt) ganz sichere Beweismittel anlangt, wonach Ovid die Briefe der Helena wie der Hermione nicht habe schreiben können, weil in diesen Leda und Aethra als Trochäen stehen, so wird eine unbefangene Würdigung der Beispiele, in welchen bis zu Ovids Zeit das a der 1. griechischen Declination sich verkürzt hat, ebensowenig jenem rigorosen Urteile günstig sein, als sich die Conjecturen empfehlen, durch welche Lachmann die seiner vorgefassten Meinung widersprechenden Beispiele aus der Liebeskunst und den Amoren eliminiren will. deinde cf. p. 89: Darnach bleibt als sicheres Resultat der Lachmann'schen Untersuchungen nur bestehen die Unächtheit von 16. 17. 19 wegen jener Verse $16._{288}$. $17._{16}$. $19._{202}$. $17._{97}$. lis est cum forma magna *pudicitiae,* nec sedeo duris torva *superciliis,* unda simul miserum vitaque *deseruit,* disce meo exemplo formonsis posse carere.

Breviter deinde attigit quaestionem Madvigius (adversaria critica $II._{77}$) hisce verbis: reliquas (id est quae sequuntur in 14) epistolas, quia ab Ovidio abiudicantibus plane assentior, non attingo quas praeterea Lachmannus de epistolis 3. 4. 9. 12. 13. 14. movit dubitationes, eae infirmissimis nituntur argu-

mentis, a falso initio profectae, quod omnes, quas Ovidius edidisset epistolas, nominatim ab eo Am. 2.18.$_{21}$. appellatas putat.

Deinde novum argumentum attulit Mauricius Hauptius (cf. opuscula 1.$_{125}$) ostendens aliam esse collocationem particulae »*et*« in ep. 16—20. atque in prioribus; cf.: »in *et* particulae collocatione a quindecim epistolis quas quin Ovidius scripserit dubitari non potest aliquantulum elegantia distant sex posteriores heroides, quae, ut antea me significare memini, minus certo iudicio eidem poetae attribuuntur. in quibus saepius invenitur ita (id est postposita) collocata particula. 16.$_{26\cdot 92\cdot 110\cdot 226\cdot 340}$. 18.$_{36}$. 19.$_{110\cdot 114\cdot 160}$ 21. $_{229}$.« *decies* igitur in hisce *6* epistulis ea collocatio invenitur, cum *15* priores epistulae eam non nisi *quater* exhibeant.

Inquirenti autem in illas epistulas (16 et 17) omnino non praetermittenda sunt quae Birtius, praeclarus noster praeceptor, attulit in »animadversiones ad Ovidii heroidum epistulas« (Mus. Rhen. 32.$_{386-432}$).

Ubi p. 389 Birtius 16.$_{38-142}$ retinenda censet his verbis: neque enim decebat editores post ea quae verissime disputavit L. Muellerus postque clarissimum Diltheyi librum aut hanc ultimam epistulam omittere fere totam aut decimae quintae v. 38—142, quibus deletis etiam male cohaerent sensus; nam v. 143 de forma Helenae aperte incredibile aliquid addere se dicit Paris, itaque incredibile, quod antecesserat inest in v. 135—138; an incredibile hoc, quod legitur v. 36 38, Paridem antequam ipsam oculis viderat per famam nuntium accepisse de eius pulchritudine ideoque iam tum optavisse Helenam? contra arte cohaerent inter se v. 139—146. excidisse utramque »partem ex archetypo librorum optimorum certissimum est. Deinde ex Birtii libro quae proferrem haec habui: p. 395: »scilicet quindecim heroides tres libros efficiunt quorum unus quisque tenet quinas; et quidem primus liber (ep. 1—5) 376 disticha amplectitur, secundus (6—10) 399 tertius (11—14 et Sappho) 394: nimirum etiam Amores et Artem Amandi per tres libros disposuit Ovidius; ita ut idem Heroidas suas enu-

merans certa progressione quattuor ex primo libro, tres ex secundo, duas ex tertio elegisse videatur« — »interierat Sappho ultima ultimi libri elegia« — »imitatoribus epistulas certe 16—21 adscripsimus.«

Deinde unde heroidum argumenta desumpta sint Birtius ostendere studet et hanc viam ingressus epistulam Hypermnestrae Ovidii ipsius esse demonstrat. cf. p. 429: »itaque et fontis similitudo et compositionis persuasit nobis hanc epistulam ut non minus confidenter quam reliquas Nasoni adscriberemus adulescenti.«

Gravissima autem attulit Birtius p. 389 et 390, ubi profectus ab argumento metrico singulas epistulas inter se comparat; inspicienti autem tabellas quas composuit statim mirum videbitur quantopere 16 et 17 differant a ceteris.

Significat autem in iis P.P.S. pes primus spondiacus. P.P.D. pes primus dactylicus. P.Q.S. pes quartus spondiacus. P.Q.D. pes quartus dactylicus.

F. III: ingenium | cum nulla | malum | sententia suadet.

Pos: significat positio adiectivorum et nominum concinna in hexametro bipartito.

P.Sp.: pentameter cuius laeva pars compleatur spondeis.

P.Spp.: idem spondiacus, cuius pes primus uno vocabulo contineatur. Itaque vide hos numeros

her.	P.P.S.	P.P.D.	P.Q.S.	P.Q.D.
1. 2. 4. 5. 6. 7. 10. 11 semel in	$50\frac{1}{4}$	$6\frac{2}{3}$	$9\frac{4}{9}$	$11\frac{11}{13}$
3. 8. 9. 12. 13. 14.	$33\frac{1}{2}$	$5\frac{2}{7}$	$9\frac{9}{13}$	$7\frac{2}{3}$
15. 16. **(16. 17.)**	322	$6\frac{2}{5}$	$11\frac{1}{2}$	10
17. 18. (18. 19.)	$53\frac{1}{2}$	$6\frac{1}{9}$	8	12
19. 20 (20. 21)	$81\frac{2}{3}$	$6\frac{1}{8}$	$8\frac{3}{4}$	$18\frac{11}{13}$
Sappho	37	10	$8\frac{1}{2}$	$12\frac{2}{9}$

her.	F.III.	P.Sp.	P.Spp.	Pos.
1. 2. 4. 5. 6. 7. 10. 11.	$9\frac{4}{9}$	$17\frac{1}{4}$	121	$7\frac{1}{2}$
3. 8. 9. 12. 13. 14.	$8\frac{5}{9}$	10	74	6
15. 16. **(16. 17.)**	$80\frac{1}{2}$	$6\frac{1}{5}$	$53\frac{2}{3}$	$8\frac{1}{4}$
17. 18 (18. 19.)	$23\frac{7}{9}$	$10\frac{2}{3}$	$71\frac{1}{3}$	$5\frac{1}{2}$
19. 20 (20. 21.)	$14\frac{4}{7}$	7	61	10
Sappho	10	$27\frac{1}{2}$	110	$4\frac{2}{3}$

Sed iam a Birtii animadversionibus transeamus ad ea quae respondit ei Rieseus (Jahresb. v. Bursian 1877 p. 22).

Rieseus igitur repugnat ac reluctatur Birtii argumentis; labefactare ea studet sed non ut ea refellat. nam quod dicit p. 20: doch sind die Beweise hiefür nicht stichhaltig, wenn z. B. aus Seite **389** ersichtlich ist, dass her 17 und 18 (18 und 19) mit den allerächtesten Heroiden in der Struktur der Verse so gut wie absolut übereinstimmen, ei rospendeo: inspicienti tabellam quae exstat p. **390** statim manifestum videbitur, eas ipsas epistulas valde differre a ceteris; nam non ea nos evincere poterunt quae sunt ex usu Ovidiano, sed ea quae sunt aliena; nam nisi essent similitudines in illis epistulis mirum esset quod tam diu Ovidianae sunt putatae; quam ob rem quam maxime ea eligere debemus quae abhorrent ab usu Ovidiano, quorum si satis multa invenerimus, manifestum erit epistulas illas Ovidio esse abiudicandas.

Quod deinde Rieseus p. 21 affert: denn wer diese Gedichte für unecht halten will, der möge doch endlich einmal die Frage klar und einfach beantworten: wie in aller Welt kam der angebliche Interpolator dazu, von Ovid's deutlichem Plane gänzlich abzugehen und nicht nur Briefe der Heroinen, sondern auch solche ihrer Liebhaber der Sammlung einzuverleiben, die doch alsbald auffallen und den Verdacht rege machen mussten? respondeo: quaestio eius modi praesertim cum interpolator sit ignotus nunquam pro certo diudicabitur; nam ea in re nihil potest nisi divinari; contendi autem potest interpolatorem exemplo Ovidii et Sabini adductum epistulas utriusque imitantem sex illas composuisse. Equidem autem contra quaesiverim: cur Ovidius ipse si consilio quod in prioribus epistulis erat secutus mutato, sex illas epistulas composuit, nusquam earum mentionem fecit, cum ex usu Ovidiano esse cognoverimus hic illic de ipsius libris verba facere? Quod deinde Rieseus p. 22 contra Birtium affert: Dieser Vers ($16._{143}$) schliesst aber gerade auf's Trefflichste an 37—38 an, omisso illo »auf's Trefflichste« concedi quidem posset v. 143 cum v. 38

coniungi posse; sed servatis illis versibus 39—142 profecto multa clariora et manifestiora sunt quae legimus in Helenes epistula. Birtius autem in Gött. Gel. Anz. 1882 p. 841 - 99 clarissime ostendit versus illos genuinam partem nostrae epistulae fuisse et ob eam rem per tantum temporis evanuisse quod exciderant nonnulla ex archetypo cuius quaeque pagina 26 versus continuerat.

Exstat deinde heroidum editio Palmeri; huic autem adeo persuasum erat ep. 15—21 Ovidio esse abiudicandas ut ne receperit quidem eas in textum; quod quidem recte mihi vituperasse videtur Rieseus (Bursian Jahrb. 1874); nam non iam ita de illis epistulis est peractum ut omnino sint praetermittendae.

Sed iam transeamus ad Eschenburgium (metrische Untersuchungen über die Echtheit der heroides des Ovid, Lübeck 1874).

Eschenburgius igitur Lachmannum secutus ex argumentis metricis ostendere studet illas epistulas alienas esse ab Ovidio. Inspiciamus iam quae attulit; p. 30: $16._{290}$ lis est cum forma magna pudicitiae ist der 4silbige Pentameterschluss anstössig. Ein derartiger Schluss findet sich nicht in den ächten her. und den carm. amat.; p. 18: In den ächten Briefen und in den Liebesgedichten schliessen stets 2silbige Wörter den Pentameter, während in den Tristien, den Briefen ex Ponto und den Fasten oft gegen diese Regel gefehlt wird. Die grösste Licenz finden wir in den Briefen ex Ponto; p. 30 über:

$17._{18}$ nec sedeo duris torva superciliis ist dasselbe zu sagen wie über $16._{290}$.

$17._{99}$ disce meo exemplo formonsis posse carere ist die Elision des iamb. meo in eine unbetonte Arsis Anstoss erregend. Eine solche Elision kommt nur in den Met. vor. Ausserdem ist im 17. Briefe die Häufung einsilbiger Wörter auffallend; p. 22, 23 verba monosyllaba:

in 1186 v.	der 8 ächten	heroides	168.
» 1584 v.	»	am. I. II.	237,

in 220 v. der ep. Sapph.		45,
» 2172 v. »	zweifelhaften heroides	403,
» XVI		50,
» XVII		80.

Iis igitur de causis quas attulimus Eschenburgius censet ep. illas Ovidio esse abiudicandas; cum exstent in his, quae non inveniantur in reliquis carminibus amatoriis, haec quoque aliena esse ab Ovidio. Rieseus contra ex eis ipsis quae attulit Eschenburgius concludit epistulas illas ab Ovidio in exilio esse compositas (cf. Bursian Jahresb. 1874/75). Sed quamquam concedendum est inter eas ipsas epistulas et eos libros quos Ovidius in exilio conscripsit quasdam esse similitudines, tamen non ab Ovidio eas esse compositas concludendum videtur. Immo sunt gravissima, quae, si essent summae similitudines, tamen nos admonerent, ne Ovidio seni eas tribuamus. Nonnullas autem causas iam hic illic et ex aliorum libris et ex mea sententia attuli, gravissima autem ea videtur, quod omnino incredibile est Ovidium senem cum propter amores se relegatum ipse confiteatur et in epistulis ex Ponto et in tristibus humillimis vocibus imperatorem oret atque obsecret ut reditum sibi ex clementia sua donet, ea ipsa composuisse, quae summam exhibeant similitudinem cum eis ipsis scriptis propter quae erat damnatus. Vgl. Buchwesen S. 379 Note. Ovidio igitur seni epistulas illae tribui nullo modo possunt, iuveni autem sunt abiudicandae, quod discrepant a ceteris scriptis illius aetatis. Immo si exhibent illae epistulae similitudinem quandam cum scriptis in exilio compositis — et exhibent — concludendum videtur imitatorem Ovidii res quidem feliciter esse imitatum, quas protulerat Ovidius in amoribus et ceteris epistulis amatoriis, urbanitatem autem et lepidum sermonem Ovidii quem quidem exhibent carmina priora interpolatorem assequi non potuisse; in rebus erat igitur felix, non ita in sermone; quod autem sermone magis carmina posteriora imitatus est, satis explicatur et ex eo quod omnino operam impenderat in scriptis Ovidii percipiendis et quod certe facilius erat sermonem minus expolitum imitari quam summa arte excultum.

His autem quae attuli iam respondi Zingerleio (Untersuchungen zur Echtheitsfrage der Heroiden Ovid's, Innsbruck 1878). Nam is quoque censet epistulas illas Ovidio seni esse tribunendas; quod autem ostendit ep. 16 et 17 nonnullas similitudines habere cum Arte amatoria, respondeo in hisce epistulis imitatorem quam maxime adduci debuisse, ut quaedam ex illis ipsis libris promeret; nam et facta et loci et res quae tractantur similia sunt atque ea quae Ovidius ipse in illis libris descripsit. Mirum igitur hac in re nihil.

Quod deinde Eschenburgius in libello anno 1886 edito (Wie hat Ovid einzelne Wörter und Wortklassen im Verse verwandt) a Rieseo stare coepit, hoc minime probo; quaque de causa improbem iam ex superioribus concludi posse persuasum habeo.

Denique in exeunte prooemio non praetermittenda sunt quae adnotavit Sedlmayer et in »Prolegomena critica ad heroides Ovidianas, Wien 1878 et in »Commentario critico.«

Sedlmayerus igitur in utroque libro inter alia etiam egit de $16._{39-142}$; sed cum in libro priore illos versus retinendos censuisset in commentario eos condemnat ac reicit codicum auctoritatem secutus. Sed mihi omnino non persuasum est illos versus esse spurios, praesertim cum de illo codice, qui eos exhibuerat, nihil certi constet. qui versus si essent ex usu Ovidiano quam maxime essent ei attribuendi; si non consentiunt cum sermone reliquo eius epistulae, cuius sunt pars, plane sunt reiciendi; denique si sermo illorum idem est ac reliquus illius epistulae, una cum epistula illa ipsa aut sunt retinendi aut reiciendi.

Postremo non silentio praetereundum est quod scripsit de Vries in libro qui est de Sapphus epistula ad Phaonem; nam quamquam non multum attinet in eam rem, quam nos tractamus, tamen nonnulla quoque ex illo libro sumpsi quae in interpretatione adnotavi. quod autem de Vries Sapphus epistulam Ovidio ascribit multis de causis ad eius sententiam accedere non potui.

Quibus praemissis liceat mihi prius quam ad rem ipsam accedamus, pauca addere. Nam erunt certe qui mihi approbrio dent, quod cum solum exempla adnotaverim, quibus quisque locus aut defenditur aut reicitur, nihil ad artem et ad praecepta quaedam revocaverim. Sed non id egi ut praecepta quaedam Ovidiana darem, praesertim cum ex exemplis ipsis allatis perfacile perspici possit et utrum lex dari possit necne et quae lex. Maxime autem ex usu putavi exempla ipsa adnotare.

Jam vero ad epistulas ipsas accedamus et videamus quae sint in eis aliena ab usu Ovidiano et quae conveniant Ovidii generi dicendi Quod si fecerimus ex eis ipsis quae invenimus iudicemus utrum epistulae illae Ovidio sint abiudicandae necne.

XVI.

1. hanc tibi Priamides mitto, Ledaea, salutem,
quae tribui sola te mihi dante potest.

Hic displicet mihi *hanc* primo versus loco positum; nam aliis locis, ubi eadem fere significantur sententiam relativam antepositam videmus. cf.:

her. $4._1$. *qua* nisi tu dederis, caritura est ipse salute
mittit Amazonio Cressa puella viro.

e.P. $3.2._1$. *quam* legis a nobis missam tibi Cotta salutem
missa sit ut vere perveniatque, precor.

M. $9._{580}$. *quam* nisi tu dederis, non est habitura salutem,
hanc tibi mittit amans;

ubi autem *hanc* (sc. salutem) primo epistulae loco invenimus non adnectitur sententia relativa cf. T. $5.13._1$:

hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem
mittere si quisquam, quo caret ipse potest.

e.P. $1.3._1$. hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine salutem
qui miser est, ulli si suus esse potest.

Deinde pro *Ledaea* malim cum Heinsio legere *Ledaei*; conferendum videtur her. $11._{36}$:

prima mihi nutrix »Aeoli« dixit »amas«

quem versum adiecerim ad M. $1._{594}$ quem iam Heinsius protulit:

Nympha, precor, Penei, mane.

nam *Ledaea* nullo alio loco apud Ovidium legimus nisi her. $13._{61}$. ubi item cum Heinsio ponere malim *Ledaei*, nam formam *Ledaea* similem nusquam apud Ovidium inveni.

salutem tribuere] hic solum, ceteris locis legimus *salutem dare*, cf. $T.2._{269}$:

eripit interdum, modo *dat* medicina *salutem*
her. $4._1$. qua, nisi tu *dederis,* caritura est ipsa *salute.*

Priamides] = *Paris.* quod idem legimus A.a. $3._{759}$:
Priamides Helenen avide si spectet edentem.
F. $6._{15}$. nec quas *Priamides* in aquosae vallibus Idae.

---

4. et plus quam vellem iam meus *exstat* amor, cf. her. $13._{103}$.
sive latet Phoebus seu terris altior *exstat.*

---

7. *quis enim celaverit ignem]* cf.
her. $12._{39}$. *quis enim bene celat amorem?*
7 quis enim celaverit ignem,
lumine qui semper proditur ipse suo?

lumen ignis nullo alio loco apud Ovidium legimus; unum quod similiter dictum videmus, invenimus in her. $12._{193}$:
per avitae *lumina flammae.*

Deinde *semper* hic mihi idem significare videtur ac nostrum jedes Mal, cuius significationis alia quoque exempla in Ovidio videmus: her. $1._{14}$:
nomine in Hectoreo pallida *semper* eram
her. $3._{84}$: bis sex adsueti vincere *semper* equi.

Suspiciosum autem mihi in hoc versu coni. perf. *celaverit* videtur; nam quid hic sibi velit perf. coni. non intellego, nec ullo alio loco apud Ovidium huisce rei exemplum invenire potui; defendi igitur non possunt in hoc disticho et *lumen ignis* et coni. perf. *celaverit.* Sed quamquam concedo haec non satis multa aut satis gravia esse, cur hoc distichon Ovidio abiudicemus, at certe intellegimus suspiciosum id videri, quod demonstrasse hoc loco sufficit mihi.

---

9. si tamen exspectas, vocem quoque *rebus ut* addam.

Hic *ut* in versu sive sententia exeunte positum mihi displicet nec alia huiusce modi exempla apud Ovidium inveni. deinde quid hic sibi velit *rebus* non intellego; quae sunt eae res? certe nihil aliud nisi quod Paris amat Helenen; quod verbo *rebus*

certe minime poetice mihi dictum videtur; *vocem addere rebus* autem hoc uno loco apud Ovidium legimus.

---

10. habes animi *nuntia* verba mei.

nuntius ab Ovidio nusquam adiectivi loco adhibetur; nam ita utitur illo verbo poeta, ut aut sit substantivum aut certe substantivum mobile; sicuti in her. $9._{143}$ *nuntia fama*, her. $6._{9}$ *nuntia littera;* sane hic quoque quasi personata littera videri potest. hic solum legimus huius verbi genus neutrum.

---

11. parce, precor, fasso, nec vultu cetera duro
perlege, sed formae conveniente tuae.

cetera] id est versus insequentes 367. quocum conferendum videtur e.P. $2.2._{6}$, ubi *cetera* in sexto versu positum invenimus significans versus insequentes 122.

vultu duro] cf. e.P. $3.1._{166}$.

non *duris* lacrimas *vultibus* aspiciant.

nec perlege] imperativus cum coniunctione *nec* coniunctum permultis locis apud Ov. invenitur. cf.: her. $3._{91}$. $5._{87 \cdot 99}$. $11._{62}$. M. $2._{135}$. M. $2._{464}$. $5._{281}$. $10._{302}$. $11._{670}$. $13._{263 \cdot 839 \cdot 847}$. $15._{474}$. A. $1.4._{43}$. $1.7._{65}$. $1.8._{63}$. $3.2._{24}$. A. $3.4._{44}$. de Med. 37. 69. A.a. $1._{77 \cdot 440 \cdot 631}$. A.a. $2._{211 \cdot 215 \cdot 312 \cdot 533}$. R.A. 587. T. $3.3._{51}$. F. $2._{174 \cdot 830}$. alia.

---

13. *iamdudum* gratum est, quod epistula nostra *recepta*
spem facit *hoc* recipi me quoque posse *modo.*

cf. A.a. $1._{317}$: dixit, et ingenti *iamdudum* de grege duci iussit.

—⏑⏑ *hoc* . . . . *modo]* cf.

A.a. $2._{460}$. pax crit. *hoc* uno solvitur ira *modo*
De M. 52. candida *quo* possint ora nitere *modo*
R.A. 724. carperis? *hoc* periit Laodamia *modo*
T. $2._{476}$. mittere *quo* deceat, quo dare missa *modo.*

cf. quoque D.M. 2. her. $3._{78}$. T. $3.3._{8}$. e.P. $1.5._{48}$.

recepta] mihi ab usu Ovidiano abhorrere videtur; nam *epistula recepta* aut significat alteram iam antea Helenae

datam epistulam, quod certe nemo contendet, nusquam enim de altera Paridis epistula certiores facti sumus, aut idem sit atque »quod est recepta« aut idem ac »si recepta« erit, qui usus participii perfecti passivi ab Ovidio alienus videtur, ad quod accedit, quod si *recepta* interpretari vellemus: quod est recepta, ne tum quidem ad sensum quadraret, nisi vero id ex illo tempore dictum intellegeremus, quo Helena legit epistulam; sed ne id quidem Ov. alias hac in epistula fecit.

---

15. quae rata sit; nec te frustra promiserit, opto,
hoc mihi quae suasit, mater Amoris, iter.

spes rata] hic solum. sed. cf.: M. 14.$_{815}$. *rata* sit *verborum summa* tuorum.
A. 3.2.$_{80}$. sint mea, sint dominae fac *rata vota* meae.
T. 1.1.$_{83}$. quaeque volet, *rata* sint.
T. 3.3.$_{62}$. et Samii sunt *rata dicta* senis.
Ib. 97. peragam *rata vota* sacerdos.
F. 1.$_{696}$. efficiatque *ratas* utraque diva *preces.*
F. 2.$_{488}$. sint *rata dicta* Jovis.
F. 3.$_{77}$. *vox rata* sit.

quod igitur *spes rata* nullo alio loco apud Ovidium legimus, mihi quoque magis ex usu Ovidiano videretur, si legeremus pro *sit sint*, quod exhibet cod P. et quod iam Burmannus defendit; cf. quoque T. 1.1.$_{83}$.

hoc . . . . *iter]* cf.:
her. 3.$_{82}$. *hic* mihi vae! miserae excutit ossa *metus.*
e.P. 1.5.$_{48}$. *quo* ponam vigilans tempora longa *modo?*
mater Amoris] cf. A.a. 1.$_{30}$.
vera canam. coeptis, *mater Amoris,* ades!
cf. quoque her. 7.$_{59}$ *mater Amorum.*

---

18. advehor et coepto non leve numen adest.

leve numen] hic solum; sed conferendum videtur M. 4.$_{452}$: *grave* et implacabile *numen*; itaque aperte proditur Ovidii imitator, qui illud grave numen per litoteta circumscribere volebat.

Ceterum *leve* eodem versus loco quo in nostro versu positum videmus in A.a. $3._{686}$.

exemplum vobis non *leve* Procris erit,
her. $1._{68}$. irascor votis heu *levis* ipsa meis
e.P. $1.7._{50}$. a Jove percussus non *leve* vulnus habet
e.P. $2.8._{54}$. exit, et auxilium non *leve* vulnus habet.

---

19. praemia magna quidem sed non *indebita* posco] cf. e.P. $1.6._{45}$. quamvis est igitur meritis *indebita* nostris.

---

20. *Cytherea]* cf. A.a. $2._{15}$.
nunc mihi, si quando, puer et *Cytherea* favete.
cf. quoque M. $14._{487}$. $15._{816}$. $_{803}$. A.a. $2._{607}$. F. $4._{678}$. M. $10._{640}$. $_{717}$. A.a. $1.3._{4}$.

---

21. *Sigeo litore]* cf. M. $12._{71}$ *Sigea litora* et F. $4._{279}$ *Sigeaque litora.*

---

22. *Phereclea puppe]* hic solum.

---

22. longa Phereclea per *freta puppe vias]* vers. pentamet. exiens in tria verba substantiva, cuius rei ex toto Ovidio unum solum afferre possum exemplum e.P. $3.5._{6}$: mittit ab hirsutis, *Maxime Cotta, Getis;* hexametri quoque huiusce modi unum solum exstat exemplum A. $3.6._{81}$: te quoque promissam *Xantho, Penee, Creusam.*

Sed haec Ovidiana suam explicationem habent: nam *Maxime Cotta* pro uno nomine est, et *Maximum* cognomen non subst. sed adiect. esse antiqui sentiebant. nullus igitur ap. Ov. exstat v. pent. ubi in priore parte solum adiectiva, in posteriore solum substantiva posita sint; ac ne in A.$3.6._{81}$ quidem positio verborum tam contorta est quam in nostro versu.

---

27. attulimus *flammas*, non hic *invenimus* illas, cf. Aa. $2._{441}$ *flammas invenit.*

---

30. *Taenaris terra]* *Taenaris* adiectivi loco positum hic solum invenitur; ceteris locis *Taenaris* substantivi appellativi loco pro Helena legitur sicuti her. $8._{72}$. $_{73}$; verbum adiectivum est *Taenarius*, quod legimus her. $13._{45}$:

aut te *Taenariae* faciem culpasse maritae.

Deinde in v. 30: Taenaris est classi terra petita meae, *petita* non suo loco positum videatur; nam cum Paris dicere velit, se non casu Sparten venisse sed petivisse illam terram, verbum *petita* certe graviore versus loco erat ponendum. — Casus dativus *classi* pro *a classe* saepe ab Ovidio adhibetur. cf. M. $1._{335}$. $_{604}$. $_{654}$. $2._{571}$. $_{592}$. $3._{345}$. $5._{505}$. $_{518}$. $8._{46}$. $8._{628}$. 10. $_{141}$. $_{153}$. $_{576}$. $14._{236}$. $15._{307}$. $_{793}$. Aa. $2._{476}$. A. $1.5._{12}$. A. $2.8._{12}$. T. $1.1._{127}$. $2._{376}$. $3.3._{87}$. $3.5._{45}$. $5.1._{75}$. $5.12._{33}$. alia.

---

31. nec me crede fretum merces portante carina
findere: quas habeo, di tueantur opes.

portante in versu hexam. quam maxime ex usu Ovidiano in paenultimo versus pede positum videmus; nam casus ablativus participii praesentis plerumque ab Ovidio illo loco adhibetur; sufficiant exempla ex heroidibus sumpta:

$6._{142}$ . . . . *comitante* gemello.
$10._{55}$ . . . . *manante* profusis.
$4._{56}$ . . . . *dissimulante* deum.
$8._{96}$ . . . . *parante* novos.
$9._{94}$ . . . . *minante* comis.
$13._{126}$ . . . . *vetante* datis.
$4._{94}$ . . . . *percutiente* ferae.
$4._{132}$ . . . . *tenente* fuit.
$13._{72}$ . . . . *habente* cadat.
$14._{122}$ . . . . *manente* cadam.

Sed quid hic duo illi versus sibi velint intellegi non potest; nam quod ex epistula ipsa intellegere possumus, Helene iam perbene Parin Priami filium esse novit; mirandum igitur esset si putaret eum fretum findere merces portante carinâ; plane igitur bono poetae versus ille est abiudicandus; et credet

hic quisquam eum Ovidii esse posse? Sed quod de hexametro diximus idem de pentametro quoque contendi potest: quas habeo, di tueantur opes. Nam primum plane ignoramus quae sint illae opes, deinde si aliquo adhortante finxero mihi quasdam opes, non intellego cur hoc ipso loco deos imploret, ut illas tueantur. Totum distichon igitur mihi optimo iure Ovidio abiudicari posse videtur.

---

33. nec venio Graias *veluti spectator* ad urbes.

Primum hoc in versu mihi *veluti* suspectum videtur, quod iam Heinsius et Burmannus intellexerunt, quorum rationibus plane adsentior. Deinde valde mihi hoc loco displicet *spectator;* nam hic solum ita positum est ut vertendum sit Besucher (Vergnügungsreisender) sive um mir anzusehen, cum ceteris locis, ubi apud Ov. *spectator* vel *spectatrix* legimus, fere uno quoque loco additum sit, cuius rei aliquis sit spectator, ita autem ut semper vertendum sit Zuschauer, cf. her. 11.$_{9}$ spectator necis M. 10.$_{575}$ spectator cursus M. 12.$_{187}$ spectatorem operum. M. 9.$_{359}$ spectatrix fati. Quod autem A. 2.12.$_{26}$ invenimus spectatrix per se positum, nihil id refert, cum certe illo loco vertendum sit Zuschauer et ex sententia antecedente facili opera suppleri possit: »certaminis« sive »pugnae«.

---

34. oppida sunt regni divitiora mei.

qui versus, cum argumentum sententiae versus antecedentis esse debeat, minime antea dicta confirmat; nam etsi eius ipsius oppida divitiora erant quam Graecorum, at certe exempli gratia fieri potuit, ut Graecorum civitatum ritus ac sacra sive alia spectare vellet. Deinde minime ex Ovidii usu est, ut amatorem feminae amatae rebus obtrectantem faciat; immo persaepe contendit poeta, amatorem quam maxime virginis amatae res laudare debere; et hic faceret Parin dicentem: *oppida sunt regni divitiora mei*, quasi Helenes opes pro nihilo aestimantem? minime vero. Hic versus igitur quam maxime Ovidii usui contrarius est, cum Ovidius ceteris locis quam diligentissime

observet praecepta, quae in Arte amatoria dedit. Sed quicunque hanc epistulam scripsit, certe hoc in versu mihi e.P. $3.4._{110}$ imitatus esse videtur, ubi fere singula verba singulis huius versus respondent, et ea posita in iisdem partibus versus, in quibus ea noster exhibet; cf.:

oppida sunt regni *divitiora mei*

e.P. $3.4._{110}$ *textaque* fortuna *divitiora sua.*

de comperativo *divitior* cf. M. $6._{451}$:

ecce venit magno dives Philomela paratu, *divitior* forma. cf. quoque Eschenb. p. 29.

---

35. te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro.

pepigit] cf. A. $1.10._{49}$: non fuit armillas tanti *pepigisse* Sabinas. *Venus aurea]* cf. M. $10._{277}$:

sensit, ut ipsa suis aderat *Venus aurea* festis. M. $15._{761}$ *aurea genetrix* Aeneae. R.A. 39 *Amor aureus* A. $2.18._{36}$ *Amor aureus.*

---

36. mota *fores] fores = esses;* cf. her. $2._{46}$. her. $2._{96}$. $6._{16}$. $6._{151}$. $7._{146}$. *forem* coniunctum cum participio perfecti passivi cf.: M. $6._{156}$. $7._{351}$. $_{355}$. $8._{348}$. M. $8._{502}$. $11._{15}$. $12._{8}$. $14._{74}$. $15._{584}$. A. $1.14._{3}$. $2.7._{26}$. $3.6._{73}$. A.a. $3._{440}$. R.A. 55. 458. T. $5.12._{68}$. e.P. $3.6._{4}$. F. $2._{664}$. $_{665}$. cum gerundio: e.P. $4.9._{38}$. F. $6._{222}$.

---

37. ante tuos animo vidi, quam lumine vultus.

lumine] pro luminibus: cf.:

M. $15._{579}$. cum vero sustulit acre
a pecudis fibris ad Cipi cornua *lumen.*

M. $10._{293}$. timidumque ad lumina *lumen*
attollens pariter cum coelo vidit amantem.

F. $6._{436}$. Vesta, quod assiduo *lumine* cuncta videt.

---

38. prima fuit vultus nuntia fama tui.

nuntia fama] cf. her. $9._{143}$ nuntia venit fama.

hoc in pentametro sequuntur deinceps tria verba substantiva, cuius rei exemplum invenire non potui; cf. quae supra ad v. 22 dixi de pentametro in tria substantiva exeunte.

---

41. sic placuit fatis; quae ne convellere temptes.

convellere fata] hoc uno loco; deinde hic *convellere* idem significat atque evertere, id est umstürzen, ceteris autem locis, ubi Ov. hoc verbo utitur, aliud quid significat cf. M. $11._{123}$. A. $2.14._{5}$; pro *fata convellere* autem adhibet Ovidius exempli gratia e.P. $1.2._{28}$: *pugnare cum fato.*

---

42. accipe cum vera dicta relata fide.

dicta relata] hic solum; sed *dicta referre* apud Ovidium quoque eo sensu positum videmus, ut significet non dicta cuiusvis hominis, quae referuntur, sed eius ipsius, qui verba facit, id est, ut *dicta* idem significet atque: ea quae sequuntur; cf. M. $7._{481}$:

dicta refert rector populorum talia centum: »arma iuves« . . . et F. $4._{518}$ instanti talia dicta refert: »sospes eas« . . . .

---

43. matris adhuc utero partu remorante tenebar.

adhuc] in tempore praeterito significando positum legimus etiam in M. $8._{316}$ et F. $2._{297}$. M. 8. 316: Ampycidesque sagax et *adhuc* a coniuge tutus Oeclides. F. $2._{297}$: nullus *adhuc* erat usus equi.

remorante] cf. quae exposui in interpretando v. 31 huius epistulae; *partum memorantem* autem nullo alio loco invenire potui. utero] pro *in* utero; sed saepissime pro *in* c. abl. substantivi Ovidius abl. scribit praepositione omissa, quod idem facit pro *in* c. acc. et pro *a* sive *ex* c. abl; cf. exempli gratia ablativum pro *in* c. abl. positum in: M. $1._{25.\ 134.\ 166.\ 177.\ 178.\ 189.\ 293.\ 302.\ 319.\ 337.\ 542.\ 583.\ 592.\ 607.\ 656.\ 679.\ 681.}$ $2._{18\ 137.\ 147.\ 201.\ 267.\ 337.\ 347.\ 432.\ 578.\ 641.\ 662.\ 686.\ 699.\ 726.\ 801.\ 869.}$ $3._{12.\ 71.\ 111.\ 269.\ 324.\ 393.\ 504.\ 690.\ 780.}$ $4._{19.\ 27.\ 294.\ 668.\ 722.}$ alia; abla-

tivum positum pro *ex* sive *a* cum ablativo: M. $1_{22.\ 24.\ 45.\ 106.\ 163.\ 212.\ 381.\ 497.\ 698.\ 718.}$ M. $2_{.270\ 315.\ 448.\ 453.\ 528.\ 587.\ 595.\ 656.}$ $3_{.14.\ 39.\ 76.\ 145.\ 168.\ 344.\ 388.\ 686.}$ $4_{.78.\ 101.\ 179.\ 331.\ 469.\ 495.\ 566.\ 648.\ 689.\ 709.\ 732.\ 768.}$ alia.

---

43. matris adhuc utero partu remorante tenebar;
iam gravidus iusto pondere venter erat;
illa sibi ingentem visa est sub imagine somni.

hic displicet mihi asyndeton, quod vocamus, nam certe v. 45 cum antecedentibus coniungendus erat aut coniunctione *cum,* quod repentinum vocamus, aut *subito* aut quolibet huiusce modi verbo; nam cum distichon antecedens, quales tum fuerint res, explicet, v. 45 rem summam et eam novam et subito factam affert.

---

45. illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
flammiferam pleno reddere ventre facem.

imagine somni] in exeunte versu positum, quod idem legimus in

M. $8_{.824}$. . . . . . sub *imagine somni*
M. $13_{.216}$. . . . deceptus *imagine somni*
M. $7_{.643}$. . . . . . . in *imagine somni*
F. $2_{.27}$. . . . . *imagine somni.*

45 *ingentem flammiferam facem]* duo nomina adiectiva nulla copula inter se coniuncta: cuius constructionis nullum exemplum apud Ovidium inveni; Bentleius emendare volebat:

illa sibi in partu visa est sub imagine somni
flammiferam pleno reddere ventre facem,

quod maxime quadraret ad usum Ovidianum; sed ea, quae exstant, certe aliena ab Ovidio putanda sunt. de sensu, quem exhibent v. 45 et 46, cf. quoque $17_{.289}$. sqq.

---

47. territa consurgit metuendaque noctis opacae.
territa consurgit] cf. F. $1_{.485}$. *territa consurgit* Nymphe.

her. 10.$_{13}$. excussere metus sommum, *conterrita surgo*

nox opaca] hic solum; cf. contra *nox atra* her. 14.$_{78}$. *arcana nocte* her. 3.$_{40}$.

---

49. arsurum Paridis vates canit Ilion igni.
pectoris, ut nunc est, fax fuit illa mei.

hunc v. cum proximo delebat Bentleius post v. 50 plura deesse ratus; et profecto recte Bentleius versus illos Ovidio abiudicandos censuit; nam diplicet primum *vates canit* pro *vates canunt,* cf. v. 48: vatibus ille refert. deinde *pectoris fax fuit illa* non quadrat ad usum Ovidii; denique illud *ut nunc est* minime poetice dictum videtur; nam ne satis quidem comprehendi potest illud: *pectoris, ut nunc est, fax fuit illa mei.* hosce versus igitur Ovidii non esse facile intellegitur; intra v. 50 et 51 autem ego quoque plura desidero, nam v. insequentes:

forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,
indicium tectae nobilitatis erat.

nullo modo cum versibus antecedentibus cohaerent.

---

51. forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,
indicium tectae nobilitatis erat.

de plebe] in paenultimo versus pede positum, quod idem videmus in:

F. 6.$_{781}$. . . . . . . *de plebe* fuisse,
M. 6.$_{10}$. . . . . . . *de plebe* suoque,
M. 3.$_{583}$. . . . . . . *de plebe* parentes,
M. 9.$_{306}$. . . . . . . *de plebe* Galanthis,
M. 12.$_{116}$. . . . . . . *de plebe* Menoeten,
T. 2.$_{351}$. . . . . . . *de plebe* maritus,
M. 5.$_{207}$. . . . . . . *de plebe* virorum.

tectus] cf. R. A. 619. manat amor tectus A.a. 1.$_{569}$ sermone tecto A.a. 2.$_{640}$ tecta furta M. 4.$_{191}$ tectos qui laesit amores.

Ad versus insequentes usque ad versum 88 respiciunt v. 117—120 epistulae XVII, ubi poeta duobus distichis eadem affert, quae hic 17; primum autem v. prioris distichi eisdem verbis exeuntem fecit, quibus hic v. 53. cf. 17.$_{117}$:

at Venus hoc pacta est, et in altae *vallibus Idae*
tres tibi se nudas exhibuere deae:
unaque cum regnum, belli daret altera laudem,
»Tyndaridis coniunx« tertia dixit »*eris*«.

---

53. est locus in mediae nemorosis *vallibus Idae.*
hic cum Bentleio exspecto: in mediis nemorosae vallibus Idae, nam *medius* hic mihi magis quadrare videtur ad *vallibus* quam ad *Idae;* nam certe magis arridet: mitten auf den Hügeln des waldreichen Ida, quam auf den waldreichen Hügeln des mittleren Ida (in der Mitte des Ida); nihil autem attinet, quod A. 1.14.$_{11}$ legimus:

qualem clivosae madidis in vallibus Idae;

nam illo in versu perspicuum est, cui quodque adiectivum substantivo sit attribuendum; illum versum autem scriptor huiusce epistulae imitatus videtur, sed male; fortasse madidae pro mediae legendum? Birt.

---

54. devius et *piceis* ilicibusque frequens cf.
her. 12.$_{69}$. est nemus et *piceis* . . . . .
M. 3.$_{155}$. vallis erat *piceis* . . . . .
quod attinet ad *locus frequens piceis* cf. M. 15.$_{715}$ *frequens* Sinuessa columbis. M. 9.$_{106}$ verticibusque *frequens* erat atque impervius amnis.

---

55. qui nec ovis placidae, nec amantis saxa capellae
nec patulo tardae carpitur ore bovis.

patulo ore carpitur locus] mirum quidem, sed adeo ineptum; os cur patulum dicatur, quamvis enitar, animo comprehendere non possum; cf. contra optime dictum M. 15.$_{513}$:
naribus et *patulo* partem maris evomit ore
e.P. 1.1.$_{72}$. conditus ut tineae carpitur ore liber

cf. quoque M. 13.$_{927}$, quorum versuum maxime admonent v. nostri:

quas neque cornigerae morsu laesere iuvencae
nec placidae carpistis oves hirtaeve capellae.

Denique illud *patulo* et otiosum est et inprospera Ovidii imitatio.

ovis placidae] cf. M. 13.$_{927}$ et F. 1.$_{862}$:

quid bos, quid placidae commeruistis oves?

amantis saxa capellae] hic solum; sed cf. R.A. 179: ecce, petunt rupes praeruptaque saxa capellae. eP. 1.8.$_{51}$:

ipse ego pendentes, liceat modo, rupe capellas,
ipse velim baculo pascere nixus oves.

M. 13.$_{691}$ rodunt arentia saxa capellae.

bovis tardae] hoc uno loco apud Ovidium invenitur; itaque cum non sit epitheton ornans, quod vocamus, *tarda,* intellegere non possum, quid hic sibi velit; imitator igitur, cum ex usu aliorum poetarum illius aetatis esse cognovisset, scribere *boves tardae,* falso hoc loco illos pro Ovidio est imitatus; quod idem multis de locis harum epistularum contendi potest; sed quos quoque loco Ovidii aequales sit imitatus ostendere in aliud tempus differamus, hic sufficiat haec admonuisse; tamen conferenda videtur Coluthi ἁρπαγὴ Ἑλένης v. 118, ubi suo iure boves poeta tardas appellat.

---

57. *Dardaniae]* cf. T. 1.10.$_{25}$ Dardaniam; sed altera est Dardania, cuius illic poeta mentionem fecit. cf. Burmannum.

---

57. huic ego Dardaniae muros excelsaque tecta
et freta prospiciens arbore nixus eram.

hic *eram* cuniungendum est aut cum *prospiciens* aut cum *nixus; prospiciens eram* autem quam maxime abhorret ab uso Ovidiano, qui nusquam verbum *esse* cum part. praes. coniungit; sed etiam *eram* cum *nixus* coniunctum valde displicet; nam poeta non dicere vult Parin nixum arbore fuisse, cum prospiceret, sed prospexisse eum arbore nixum; expectamus igitur non »prospiciens arbore nixus eram« sed »prospexi arbore nixus.«

---

59. ecce, pedum pulsu visa est mihi terra moveri

quem rhythmum si audimus et attendimus in elementa vocalia: e. e. u. u. u. credideris iam adfore Vulcanum vel certe Martem, sed apparent deae: Venus, Pallas, Juno; multo magis autem risum moveat versus ille, si contuleris v. 66

graminibus teneros imposuere pedes,

ubi deae quasi saltantes introducuntur, quae pedum pulsu paulo antea terram moverunt; et haec scripsisse putaverit quisquam Ovidium, qui optime lectis verborum coloribus omnia depinxit?

---

61. constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni Pleionesque nepos.

actus alis] hoc uno loco apud Ovidium invenitur. Sed displicet ipsa quoque sententia; nam deus non agitur alis suis, sed movet eas, sive aliud aliquid eiusmodi facit; minime poetice mihi dictum videtur »ein Gott von seinem Flügelschlage getrieben«; nec alibi legi; sed dictum est ex analogia navium, quae velis sive ventis aguntur. cf. M. 8.$_{3}$:

dant placidi cursum redeuntibus austri
Aeacidis Cephaloque, quibus feliciter acti
ante exspectatum portus tenuere petitos.

ad *Atlantis magni Pleionesque nepos* cf. F. 5.$_{663}$:

clare nepos Atlantis ades! quem montibus olim
edidit Arcadiis Pleias uda Jovi.

---

65. *divae]* cf. her. 4.$_{96}$: ibat ad hunc sapiens a sene diva viro cf. praeterea T. 1.2.$_{105}$. 3.3.$_{81}$. M. 15.$_{764}$.

---

68. *nuntius ales] ales* verbi adiectivi loco cf. M. 2.$_{714}$ deus ales M. 10.$_{587}$ passu alite A. 3.12.$_{24}$ alite equo.

---

69. certamina siste dearum : *certamina sistere*] hoc uno loco ap. Ov.; alia verba coniungere solet cum certamina, cf. exempli gratia M. 5.314 diriment certamina Nymphae.

---

69. certamina siste dearum

vincere quae forma digna sit una duas.

sententia interrogativa pendens ex verbo substantivo: cuius rei exemplum ap. Ov. invenire non potui. *una duas*] displicet mihi; nam primum nemo est, quin intellegat unam solum vincere potuisse; deinde quid sit, cur hic verba illa numeralia tam graviter enuntiata sint, non video; nam numeralia haec inutilia eo pentametri loco posuit poeta, qui maximum pondus habere solet. cf. contra F. 6.100:

plus laedunt, quam iuvet una, duae.

ubi suo quaeque loco verba proferuntur et »una, duae« quam maxime placent et ita posita sunt suo loco, ut longiore defensione minime opus sit; itaque detectus est Ovidii imitator.

---

73. mens mea convaluit subitoque audacia venit.

Inter hunc v. et antecedentes si non complures v. at certe unum distichon desidero. Nam minime perlucet, unde factum sit, ut mens Paridis convalesceret et subito audacia veniret. »subito« enim nihil declarat; Mercurii autem verbis mentem Paridis convaluisse minime credibile videtur; immo putare licet eum ipsis verbis Mercurii multo magis pertimuisse; nam qui de se ipse dicit, cum tres illas deas summa pulchritudine vidisset: »osbtipui, gelidusque comas erexerat horror« nonne putandus est vel in maiorem timorem incidisse cum Mercurius diceret:

arbiter »es« formae; certamina »siste« dearum,
vincere quae forma digna sit una duas

et cum Jovis verbis »imperaret«? primum mirari debebat se ipsum arbitrum esse debere, deinde ei erat timendum, ne iudicio suo certe duas offenderet deas; qui timor ei eripiendus erat aut quod sibi persuasit Jovis imperato esse parendum, aut deis ipsis exhortantibus; quod poeta uno disticho describere potuit et Ovidius certe fecisset, qui quam maxime operam impendit in animi motibus describendis. Aut igitur poeta omnino non conari debebat animi motus Paridis declarare, aut clariora erant afferenda. Multo elegantius eandem rem tractavit Coluthus, cuius carmen, quod inscribitur ἁρπαγὴ Ἑλένης, et multa alia affert, quae hic poeta. Coluthus igitur primum Paridem pascentem facit greges, quod sine ulla causa omisit poeta nostrae epistulae, deinde et is Paridem magno terrore affectum dixit, sed non addere conatus est causas, unde evanuerit ille timor, sed Paridem perbene in tempore, quae sibi facienda sint, intellegentem facit, tum et dearum sermones multo clarius atque elegantius exponit, quod idem fere eodem versuum numero assecutus est, quo noster poeta. Ea igitur, quae affert Coluthus, propter elegantiam suam Ovidii vero imitatori multo magis afferenda erant quam, quae nos legimus; leviora autem concinentia in utroque carmine invenimus veluti illud »arbore nixus« »fas vidisse fuit« »obstupui«; facile igitur si graviora afferentur momenta mihi persuadebitur, scriptorem nostrae epistulae et Coluthum idem exemplar Alexandrinum esse imitatos et illum quidem ex eo nonnulla ita assumpsisse ut elegantiora et pulchriora eum fugerent. Liceat autem Coluthi versus transcribere, quo facilius quisque illa carmina inter se comparare possit:

119. Ὣς ὁ μὲν ὑψορόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης
τηλόθεν Ἑρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων.
δειμαίνων δ' ἀνόρουσε, θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν·

καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας,
μήπω πολλὰ καμοῦσαν ἑὴν ἀνέκοψεν ἀοιδήν.
τοῖα δὲ δειμαίνοντα προσέννεπε θέσκελος Ἑρμῆς·

Γαῦλον ἀμορρίψας καὶ πώεα καλὰ μεθήσας
δεῦρο θεμιστεύσειας ἐπουρανίῃσι δικάζων·
δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς
φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος, ὀπάσσαις.
τοῖον ἀνηΰτησεν· ὁ δ' ἤπιον ὄμμα τανύσσας
ἦκα διακρίνειν πειρήσατο κάλλος ἑκάστης.
δέρκετο μὲν γλαυκῶν βλεφάρων σέλας, ἔδρακε δειρὴν
χρυσῷ δαιδαλέην ἐφράσσατο κόσμον ἑκάστης
καὶ πτέρνης μετόπισθε καὶ αὐτῶν ἴχνια ταρσῶν.
χειρῶν μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα
τοῖον Ἀλεξάνδρῳ μυθήσατο μῦθον Ἀθήνη.

Δεῦρο τέκος Πριάμοιο. Διὸς παράκοιτιν ἐάσας
καὶ θαλάμων βασίλειαν ἀτιμήσας Ἀφροδίτην,
ἠνορέης ἐπίκουρον ἐπαινήσειας Ἀθήνην.
φασί σε κοιρανέειν καὶ Τρώϊον ἄστυ φυλάσσειν·
δεῦρό σε τειρομένοισι σαόπτολιν ἀνδράσι θήσω,
μή ποτέ σοι βαρύμηνις ἐπιβρίσειεν Ἐνυώ.
πείθεο καὶ πολέμους τε καὶ ἠνορέην σε διδάξω.

Ὣς ἡ μὲν πολύμητις ἀνηΰτησεν Ἀθήνη.
τοῖα δ' ὑποβλήδην λευκώλενος ἔννεπεν Ἥρη.

Εἴ με διακρίνων προφερέστερον ἔρνος ὀπάσσῃς
πάσης σ' ὑμετέρης Ἀσίης ἡγήτορα θήσω.
ἔργα μόθων ἀθέριζε. τί γὰρ πολέμων βασιλῆϊ;
κοίρανος ἰφθίμοισι καὶ εὐπτολέμοισι κελεύει.
οὐκ αἰεὶ θεράποντες ἀριστεύουσιν Ἀθήνης·
κώύμοροι θνήσκουσιν ὑποδρηστῆρες Ἐνυοῦς.

Τοίην κοιρανίην πρωτόθρονος ὤπασεν Ἥρη.
ἡ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα, γυμνώσασα
κόλπον, ἀνηώρησε καὶ οὐκ ᾐδέσσατο Κύπρις.
χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα δεσπὸν ἐρώτων,
στῆθος ἅπαν γύμνωσε, καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.
τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα.

Δέξο με, καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, δέχνυσο μορφὴν
ἡμετέρην, καὶ σκῆπτρα καὶ Ἀσίδα κάλλιπε γαῖαν.

ἔργα μόθων οὐκ οἶδα. τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτῃ;
ἀγλαΐῃ πολὺ μᾶλλον ἀριστεύουσι γυναῖκες.
ἀντὶ μὲν ἠνορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω,
ἀντὶ δὲ κοιρανίης Ἑλένης ἐπιβήσεο λέκτρων.
νυμφίον ἀθρήσει σε μετὰ Τροίην Λακεδαίμων.
Οὔπω μῦθος ἔληγεν, ὁ δ' ἀγλαὸν ὤπασε μῆλον,
ἀγλαΐης ἀνάθημα, μέγα κτέρας Ἀφρογενείῃ,
φυταλιὴν πολέμοιο, κακοῦ πολέμοιο θέμεθλον.

---

73. *audacia venit*] cf. her. 2.$_{62}$ spes venit. 4.$_{19}$ amor venit. 4.$_{113}$ iniuria venit. 9.$_{120}$ dolor venit; alia

---

74. *notare vultu*]; hic solum legimus; »*oculis*« notare scribere solet Ovidius: M. 3.$_{595}$ Taygetenque Hyadasque oculis Arctonque notavi. A.a. 1.$_{109}$ oculisque notant sibi quisque puellam. F. 3.$_{378}$ quaque notes oculis, angulus omnis abest.

---

74. nec timui vultu *quamque* notare meo;
»quamque« per se positum] cf. T. 3.4.$_{69}$ quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque adloquar. F. 5.$_{282}$ sed iam de vetito quisque parabat opes.

---

75. vincere erant omnes dignae, iudexque verebar,
non omnes causam vincere posse suam.

primum mihi hic displicet *omnes*, nam »omnes« plerumque plures quam tres significare solet; deinde *verebar* hic omni sensu caret, nam »vereri« iam non licuit Paridi, cum vel stultissimus sibi persuasum habere deberet in certamine non omnes vincere posse; tum Ovidius post verbum verendi ponere solet aut coniunctionem *ne* aut constructionem nominativi c. inf., quam vocamus; nusquam post hoc verbum constructionem accusativi c. inf. positam apud Ov. inveni; denique non »causam vincere« ex usu Ovidiano est sed »causam tenere«; Bentleius igitur pro »verebar« malebat »querebar«, pro »vincere« »tenere«; sed

iam non esse puto, cur emendemus, nam hae difficultates simillimae sunt ceteris, quas in hac epistula invenimus, et Ovidii imitatori vitio sunt dandae.

---

77. sed tamen ex illis iam tunc magis una placebat:
hanc esse ut scires, unde movetur amor.

totus versus pentameter quam maxime mihi displicet; primum offendit acc. c. inf. positus ante sententiam totam, ex qua pendet; deinde *ut:* expectamus sententiam principalem, in qua verbo adiecerim »iam«; denique displicet hic coni. imperf. *scires*, nam si quidem *ut* c. coni. erat scribendum, non coni. imperf., sed certe coni. praes. adhiberi debuit; quae omnia mihi ab Ovidio aliena videntur, quamquam concedo nonulla in hoc versu ex usu Ovidiano esse; cf. *unde* pendens ex personis; her. 9.$_{54}$

referetur adultera nobis,
unde ego sum Lydo facta novea Lamo.

A. 2.2.$_{48}$. vidi ego compedibus liventia crura gerentem,
unde vir incestum scire coactus erat.

M. 7.$_{686}$. cur sit, et unde datum, quis tanti muneris auctor.

deinde multa extant exempla ubi Ovidius nomen dei sive hominis omittens pluribus verbis exponat quis ille sit; M.10.$_{107}$:

puer ante deo dilectus ab illo
qui citharam nervis et nervis temperat arcum.

M. 11.$_{295}$. illo genitore creatus,
qui vocat auroram caeloque novissimus exit.

M. 12.$_{580}$. at deus aequoreus qui cuspide temperat undas.

A.a. 2.$_{240}$. sed dea non patitur sic ad sua gaudia cogi,
colle sub umbroso quam tenet altus Eryx.

A. 1.13.$_{1}$. iam super oceanum venit a seniore marito
flava pruinoso quae vehit axe diem.

A. 2.1.$_{31}$: quique tot errando, quot bello, perdidit annos.

A. 3.9.$_{45}$. avertit vultus Erycis quae possidet arces.

Aa. 2.$_{217}$. ille, fatigatae perimendo monstra novercae
qui meruit caelum, quod prior ipse tulit.

sed omnes hi versus nullam habent similitudinem cum versu nostro. Denique suspicionem movit mira similitudo huiusce versus cum v. 4 Sapphus epistulae; cf.:

hanc esse ut scires, unde movetur amor.
hoc breve nescires unde movetur opus.

---

83. dulce Venus risit nec te, Pari, munera tangant

pro »nec« iam Bentleius recte exspectabat »ne«, nam non est, cur quisquam incipiat verba facere exordiens a »nec«.

---

83. *Pari*] de forma vocativi casus »Pari« ex consuetudine Ovidii nihil certi afferri potest, cum nusquam nisi hoc loco adhibeat poeta casum vocativum huiusce verbi; uno autem loco, ubi vocativus eius adhibendus erat, in her. $13._{43}$ poeta pro verbo »Paridis« scribit »Priamides«, quod cur fecerit non satis certe diiudicari poterit, cum permultae causae sicuti exempli gratia metricae poetam, ut id faceret, inducere potuerint. sed cf.
her. $2._{98}$: *Phylli* face exspectes Demophoonta tuum.
her. $2._{138}$. nunc tibi sic dices, *Phylli*, sequendus eram.

---

84. suspensa timoris] hic solum.

---

85. nos dabimus, quod ames, et pulchrae filia Ledae
ibit in amplexus, pulchrior illa tuos. cf.
her. $5._{99}$. nec tibi, si sapias, fidam promitte Lacaenam,
quae sit in amplexus tam cito versa tuos.
cf. quoque Horat. carm. $1.16._{1}$.
o matre pulchra filia pulchrior.

---

87. dixit. et *ex aequo* donis formaque probata:
dixit. et *ex aequo*]
— ◡ ◡ — — —
cf. A. $1.10._{33}$ quae venus *ex aequo,*
A.a. $2._{682}$ quod juvet *ex aequo,*
A.a. $3._{794}$ femina et *ex aequo,*
M. $5._{565}$ Juppiter *ex aequo.*

---

88. *victorem* caelo rettulit illa *pedem.*

hic displicet mihi »victorem pedem«; nam cur pes sit victor, non intellego, scilicet non pedibus id est cursu sive alia eius modi re vicit Venus sed pulchritudine et dono; minime autem mihi »victorem pedem« defendere videtur qui dicat: quod Venus vicit, etiam pes eius victor nominari potest; immo Venus victrix erat appellanda, non pes.

---

89. interea, credo, versis ad prospera fatis
regius agnoscor per rata signa puer.

interea] quid hic sibi vult? expectamus *brevi* sive *paulo post;* nam quomodo *interea* Paris regius puer agnosci potuerit nescimus. de *credo* extra contextum sermonis posito cf.
e.P. 1.7.56. sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis
M. 9.610 non adiit apte, nec legit idonea, credo, tempora.

---

89. versis ad prospera fatis] hic solum; nec »verti ad prospera« nec »fata verti« usquam apud Ovidium legi.

---

90. agnoscor per rata signa] hic solum; Ovidius »agnoscere« non solet coniungere cum praepositione »per« sed cum casu ablativo instrumenti cf.
e.P. 2.8.32: moribus agnosci qui tuus esse potest
T. 4.5.32: moribus agnoscat quilibet esse tuum.

---

90. rata signa] cf. M. 15.688 rata pignora. A.a. 3.613 rata custodia.

---

91. laeta domus nato per tempora longa recepto.

hic cum Bentleio pro *per* expecto *post.* nam si coniungeremus »laeta per longa tempora«, contorta esset positio verborum; sin coniungimus, quod unum licet »nato per tempora longa recepto«, *per* omni sensu caret.

---

92. addit et ad festos hunc quoque Troia diem.
hunc] exspectamus *illum*, sed cf. her. 5.₆₃:

mons fuit, aequoreis illa resistit aquis:
hinc ego vela tuae cognovi prima carinae

ubi *hinc* pro *illinc* positum videtur.

---

94. *votum* tenere] hic solum; sed ad vota = Gegenstand der Wünsche cf. F. 1.₄₈₁ vota ad sua felici coeperat ire via. ad v. 94 »multarum votum sola tenere potes« cf. quoque ep. Sapph. 20: improbe, multarum quod fuit, unus habes. ad. v. 95 sqq. cf. 17.₁₉₇—₂₀₀.

---

95. nec tantum regum natae petiere ducumque
sed nymphis etiam curaque amorque fui:

nec tantum . . . . *sed etiam*] cf.

her. 10.₇₉ nunc ego *non tantum*, quae sum passura recordor,
sed quaecunque potest ulla relicta pati.

M. 13.₈₀₆ *non tantum* cervo claris latratibus acto
verum etiam ventis volucrique fugacior aura

M. 13.₈₁₇. *non solum* nigro liventia suco
verum etiam generosa novasque imitantia ceras

(hic non *sed*, sed *verum*).

cf. quoque M. 13.₈₃₁: nec tibi deliciae faciles vulgataque tantum.

Plenum illud *nec tantum — sed etiam* minime poetice est dictum, sed prorsus rhetorum olet scholas; quam ob rem in toto Ovidio non invenitur. reliquis autem locis, ubi illud *non tantum verum etiam* legimus, id est M. 13.₈₀₆. ₈₁₇. ₈₃₁, Ovidius Cyclopem Galateam carmine adloquentem facit, ubi cum multa alia tum illud ter adhibitum *non tantum verum etiam* quam maxime ad reliquam Cyclopis illius elocutionem quadrat, ita ut putandus sit Ovidius de industria eum ita dicentem fecisse, ut hominem stultum et eum inflatum. Ovidius autem cum illic talem elocutionem in risum verterit, cur hic ea ipse usus sit, nullo modo intellegi potest.

---

98. nec Priamo est ad te dignior ulla nurus.

ad] »im Vergleich zu« cuius significationis nullum potui invenire apud Ovidium exemplum.

---

100. *Tyndari*] ut in v. 83 huiusce epistulae vocativi *Pari* sic ne vocativi *Tyndari* quidem alia ex Ovidii scriptis exempla proferri possunt; sed conferendus videtur vocativus *Phylli* her. 2.$_{98}$, qui similiter est derivatus ac vocativi *Tyndari* et *Pari*.

---

102. lumina cum placido victa sopore iacent.

lumina iacent] M. 11.$_{618}$ tardaque deus gravitate iacentes vix oculos tollens. M. 4.$_{144}$ vultusque attolle iacentes e.P. 1.3.$_{27}$ animum iacentem. T. 5.$_{27}$ mens iacet.

lumina victa (sopore)] cf. R.A. 500 somno lumina victa dedi. — *victa sopore*] cf. F. 1.$_{422}$ et M. 14.$_{779}$ corpora victa sopore.— *placidus sopor*] hic solum; sed cf. placidus somnus R. A.$_{575}$. M. 6.$_{489}$. F. 3.$_{185}$. 4.$_{549}$. F. 2.$_{635}$. M. 7.$_{153}$.—*iacent victa*] cf. her. 3.$_{124}$. laus tua victa iacet.

---

103. quid facies praesens, quae nondum visa placebas: displicet hic temp. fut. »facies«; exspectamus »faceres« (Bentleius).

---

104. ardebam, quamvis hinc procul ignis erat.

quamvis erat] *quamvis* coniungit Ovidius aut cum coniunctivo aut cum indicativo verbi aut cum nomine aliquo adiectivo; liceat afferam nonnulla exempla, ex quibus eluceat, tria illa genera Ovidium adhibere significationis discrimine non facto:

quamvis c. ind.] cf.: her 3.$_{8}$ quamvis haec quoque culpa tua est. her. 4$_{173}$ quamvis odisse puellas diceris. her. 9.$_{92}$ quamvis in tribus unus erat. her. 13.$_{117}$ quamvis audire iuvabit. her. 7.$_{29}$ quamvis male cogitat. Aa. 2.$_{213}$ quamvis horrebis. A. 3.13.$_{5}$ quamvis difficilis praebet. A. 2.15.$_{60}$ quamvis queror. A. 1.15.$_{14}$ quamvis non valet.

c. coni] her. 3.$_{55}$ quamvis veniam dotata. her. 5.$_{125}$ sit facie quamvis insignis. A. 2.2.$_{59}$ quamvis audiat. A. 2.2.$_{12}$ quamvis non tueare.

c. nomine adiectivo] A. 2.2.$_{55}$ quamvis manifesta. A. 1.14.$_{10}$ quamvis neuter.

---

104. ardebam quamvis hinc procul ignis erat.

primum quidem mihi nec *hinc* nec *ignis* placet; nam minime poetice dictum videtur: ich brannte vor Liebe, wie sehr fern auch von hier das Feuer (meiner Liebe) war; immo exspectamus *tam* pro *hinc, flamma* pro *ignis;* sed ne ex usu quidem Ovidiano est illud *hinc procul,* nam in toto Ovidio novies legimus *procul hinc;* A. 2.1.$_{8}$. M. 11.$_{83}$. M. 15.$_{274}$. 14.$_{244}$. 9.$_{509}$ 10.$_{800}$. F. 4.$_{865}$. Aa. 3.$_{505}$. M. 10.$_{341}$. semel *hinc procul* et in eo ipso versu illud quoque *procul hinc.* M. 7.$_{255}$: *hinc procul* Aesoniden *procul hinc* iubet ire ministros; imitatus est igitur hic scriptor huiusce epistulae Ovidium, sed male; nam neque adhibuit, quod scribere solebat Ovidius, et in eo versu posuit *hinc procul,* ubi minime quadrat ad sensum; verbum *procul* eum admonuit Ovidiani *procul hinc* et eum in falsam imitationem adduxit.

---

106. caerulea via] hic solum. — *peterem* mea *vota*] cf. F. 1.$_{481}$ vota ad sua felici coeperat ire via.

---

107. Troia caeduntur Phrygia pineta securi,
quaeque erat aequoreis utilis arbor aquis.

cf. her. 5.$_{41}$ ubi Oenone Paridi scribens de eadem re haec affert:

caesa abies, sectaeque trabes, et classe parata
caerula ceratas accipit unda rates

107 Troia — Phrygia] pleonasmus.

107 *pineta securi* cf.
— — ⏑ ⏑ — ⏓

F. 4.$_{273}$ pineta secures.

M. 1.$_{217}$. pineta Lycaei.

107. Troïa] cf. M. 14.$_{156}$ Troïus Aeneas; M. 11.$_{773}$ Troïus heros; sed cf. quoque M. 12.$_{604}$ Troica corpora her. 7.$_{184}$ Troïcus ensis A.a. 3.$_{254}$ Troicus raptor.

---

108. quaeque erat *aequoreis* utilis arbor *aquis*. cf.:

her. 5.$_{62}$ mons fuit, *aequoreis* illa resistit *aquis*.
A.a. 1.$_{526}$ qua brevis *aequoreis* dia feritur *aquis*.
A.a. 2.$_{62}$ mobilis *aequoreis* prima madescit *aquis*.
A.a. 3.$_{402}$ mersa sub *aequoreis* illa lateret *aquis*.
R. 692 ut lapis *aequoreis* undique pulsus *aquis*.
F. 1.$_{340}$ acta per *aequoreas* hospita navis *aquas*.
F. 2.$_{116}$ cantet et *aequoreas* carmine mulcet *aquas*.
F. 4.$_{498}$ cingit et *aequoreas* sicca pererrat *aquas*.
T. 5.7.$_{2}$ latus ubi *aequoreis* additur Hister *aquis*. cf. quoque e.P. 3.1.$_{22}$. T. 1.4.$_{2}$. F. 4.$_{578}$. M. 11.$_{520}$.

---

109. Gargara] cf. A.a. 1.57. Gargara quot segetes.

---

110. *longa Ida*] hic solum; sed cf.:

her. 5.$_{138}$ in *immensis* qua tumet *Ida* iugis.
A. 1.14.$_{11}$ qualem *clivosae* madidis in vallibus *Idae*.
A.a. 1.$_{289}$ forte sub umbrosis *nemorosae* vallibus *Idae*

nec non cf. her. 4.$_{48}$:

quaeque sub *Idaeo* tympana *colle* movent.

---

111. fundatura citas flectuntur robora naves.

fundare] cf. e.P. 4.3.$_{5}$. dum mea puppis erat valida fundata carina. — *citas naves*] cf. M. 15.$_{732}$. quoque per adversas *navis cita* ducitur undas.

---

112. texitur et costis *panda carina* suis. cf.:

A. 11.$_{24}$ currit in immensum *panda carina* salum
A. 2.$_{480}$ impositos vento *panda carina* vehit.

carina texitur costis] hic solum; sed conferendum videtur M. 11.$_{524}$: intra cava texta carinae.

---

113. *vela sequentia malos*] hic solum; deinde quid hoc sibi velit et quomodo *sequantur* vela malos, intellegere non possum; sed potius crediderim malos esse sequentes vela; denique minime poetice dictum videtur; ex Ovidii usu mihi versus ille videretur, si legeremus:

addimus antemnas et vela et carbasa malis. cf.:

M. 14.533. . . . . perque altum ad carbasa malum.

sed *vela sequentia malos* omnibus in codd. traditum est.

---

114. accipit et pictos *puppis adunca* deos. cf.

F. 3.588 percutitur rapido *puppis adunca* noto.

M. 3.651 e *puppi* pontum prospectat *adunca.*

114. accipit et *pictos* puppis adunca *deos.* cf.:

T. 1.4.8 insilit et *pictos* verberat unda *deos.*

---

115. qua tamen ipse vehor *comitata Cupidine parvo.*

F. 2.463 venit ad Euphraten *comitata Cupidine parvo.*

comitata] cf. her. 12.187. F. 4.425. M. 10.9.

115. qua tamen ipse vehor comitata Cupidine parvo,

sponsor coniugii stat dea picta *sui:*

sui] displicet; sponsor coniugii sui: pleonasmus; iam Bentleio magis placebat *tui.*

---

117. imposita est factae postquam manus ultima classi:

imponere manum ultimam classi *factae*] sensu caret; nam classi *factae* manus ultima imponi iam non potest; nusquam tale quidquam apud Ovidium invenimus; et exstant versus similis sensus, qui eodem sive fere eodem numero utuntur.

cf. M. 13.403 *imposita est* sero tandem *manus ultima* bello.

T. 2.555 dictaque sunt nobis, quamvis *manus ultima* coepto.

M. 8.201 impediebat opus. postquam *manus ultima* coeptis.

itaque illud *factae* prorsus vile.

---

118. protinus Aegaeis ire iubebar aquis;

protinus iubebar] tempus imperfectum, quod dicimus, post *protinus* adhibitum valde displicet. Ovidius certe semper post *protinus* adhibet tempus praesens sive perfectum; ubi autem apud Ovidium post *protinus* temp. imperf. legimus, dicere vult non semel aliquid accidisse, sed semper aliquid accidisse, cum aliud quid acciderat. cf.: A.a. 1.$_{115}$ protinus exiliunt. A. 3.7.$_{54}$ protinus ut possit adire. F. 5.$_{219}$ protinus accedunt. e.P. 1.8.$_{18}$ protinus adest. M. 9.$_{428}$ protinus excipit. F. 1.$_{78}$ protinus absint. A. 3.14.$_{19}$ protinus absit. e.P. 2.5.$_{45}$ protinus fit. A. 2.4.$_{20}$ protinus ipse placet. e.P. 3.9.$_{12}$ protinus illud amo. e.P. 1.9.$_{2}$ protinus est facta. A. 2.2.$_{4}$ protinus misi. F. 5.$_{255}$ protinus decerpsi. F. 1.$_{260}$ protinus rettulit. T. 1.9.$_{47}$ protinus dixi. A.a. 1.$_{155}$ protinus contingent.

F. 6.$_{114}$ huic aliquis iuvenum *dixisset* amantia verba,
reddebat tales *protinus* illa sonos.

e.P. 2.3.$_{64}$ quique dolor pectus tetigisset Caesaris alti,
illum *iurabas protinus* esse tuum.

ne F. 4.$_{6}$ quidem aliquid momenti afferre potest; nam ibi *erat* idem significat ac *factus est*. cf. F. 4.$_{6}$ risit, et aether protinus ex illa parte serenus erat.

Videmus igitur Ovidium nusquam *protinus* ita usum esse, ut hic poeta.

118. *iubebar*] valde displicet; nam a quo iubebatur Paris? certe a Venere; sed unde ex versibus antecedentibus suppleri potest *a Venere;* facilior quidem res esset, si pro *iubebar* legeremus *iubebat;* nam tum *dea ipsa* ex *dea picta* suppleri posset; minime autem ex *dea picta* suppleri potest *a Venere* sive *a dea ipsa;* sed ne illud *iubebat* quidem placeret; nam quid est, cur iubeat dea Parin proficisci? nonne sua sponte proficisi debebat? quod autem Heinsius scribere malebat *lubebat* sive *iuvabat*, ne illud quidem placet; nam illud *lubebat* sive *iuvabat* in hac gravissima re optime conveniret homini stoico vel cuilibet homini, qui tranquillo esset

animo, minime certe convenit amatori; *iubebar* igitur neque defendi neque satis apte mutari posse contendo.

---

119. et pater et genetrix inhibent mea vota rogando.

et pater] *et* hic sensu caret: exspectamus copulam adversativam; Bentleius malebat *at*. — *inhibent]* cf. M. 9.$_{124}$ concubitus vetitos poterant *inhibere*. M. 2.$_{128}$ labor est *inhibere* volantes M. 1.$_{511}$ curre fugamque *inhibe*.

vota inhibere] hic solum; cf. contra M. 1.$_{489}$ *voto repugnat*. M. 8.$_{71}$ *vota moratur*.

---

120. propositumque viae voce morantur iter.

voce morantur iter] cf. A.a. 703 quid blanda *voce moraris* auctorem. A.a. 3.$_{311}$ quae *voce* canora *detinuere* rates. cf. quoque T. 5.1.$_{62}$.

viae iter] hic solum; sed cf. A. 3.13.$_{6}$ difficilis clivis huc *via* praebet *iter*. A.a. 2.$_{332}$ in tabulas multis haec *via* fecit *iter*.

---

121. et soror effusis, *ut erat*, Cassandra capillis. cf.
F. 1.$_{503}$ *utque erat*, immissis puppem stetit ante capillis.
F. 5.$_{456}$ *utque erat*, in duro procubuere toro.

ceteris locis scribere solet Ovidius aut *sicut erat* cf. M. 6.$_{657}$. 13.$_{584}$. F. 1.$_{424}$. 6.$_{331}$. $_{332}$. A. 2.5.$_{45}$. M. 3.$_{178}$. M. 5.$_{601}$. 6.$_{243}$ aut coniungit *ut erat* cum nomine adiectivo: cf. A.a. 1.$_{529}$. M. 4.$_{478}$. 9.$_{113}$. M. 12.$_{22}$. 13.$_{3}$. F. 6.$_{493}$. 4.$_{425}$.

---

122. cum *vellent* nostrae iam dare vela rates:

nusquam apud Ovidium tale quidquam inveniri potest, ut dicat poeta *rates* aliquid *velle*, errantes quidem et laborantes eas facit, sed *velle* quidquam nusquam videntur; quamobrem magis placeret, si pro *rates* legeremus *rati*:

cum vellent nostrae iam dare vela rati. cf.
T. 1.4.$_{16}$: aurigam video vela dedisse rati.
T. 2.5.$_{48}$: saepe dedi nostrae grandia vela rati.

---

125. vera fuit vates: cf. her. 5.$_{123}$:
ah! nimium miserae vates mihi vera fuisti.
dictos invenimus ignes] cf.
F. 3.$_{205}$ *dictam* Junonis in aedem.
M. 4.$_{95}$ *dictaque* sub arbore sedit.
M. 11.$_{213}$ *dictos* poscit equos.

---

127. *ventisque ferentibus usus:* cf.
A. 3.11.$_{51}$ *ventisque ferentibus utar.*
T. 1.2.$_{73}$ *ventisque ferentibus utar.*

---

128. *Oebali nympha]* hic solum; sed conferendum videtur
R.A. 457. et Parin Oenone summos tenuisset ad annos,
si non Oebalia paelice laesa foret.

---

130. numinibusque deum; cf. M. 6.$_{542}$. 8.$_{739}$: numina divum. F. 3.$_{705}$ deorum numine. e.P. 413.$_{24}$ numine dei.

---

133. sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
lumina, nil aliud, quo caperentur, erat:

nimis contorta hic mihi positio verborum videtur, quod quam maxime abhorret ab usu Ovidiano; ne unum quidem ex toto Ovidio versum afferre possum, ubi ita ut hic dirimantur sententiae; deinde valde hic mihi displicet *forma,* nam aut exspectamus *Helenen* aut certe *formam tuam;* forma hoc loco friget.

---

135. ut vidi, obstupui *praecordiaque intima* sensi. cf.
M. 4.$_{506}$ pectus in amborum, *praecordiaque intima* movit.

praecordia intonuisse] nec apte dictum nec alias apud Ovidium; Ovidius scribere solebat *praecordia trepidare:* cf. M. 13.$_{945}$.
cum subito *trepidare* intus *praecordia* sensi;
Bentleius malebat pro *intonuisse, incaluisse.*

quod antea scripserat poeta *attonitus,* adductus videtur, ut paucis verbis post scriberet *intonuisse.*

---

137. his similes vultus, *quantum reminiscor*, habebat. cf. M. 15.$_{486}$ *quantumque recordor;* dixerat Aeneae, cum res Troiana labaret, Priamides Helenus.

---

138. venit in arbitrium cum Cytherea meum. cf. her. 5.$_{36}$
venit in arbitrium nuda Minerva tuum.

Cytherea] cf. v. 20 huiusce epistulae.

---

139. si tu venisses *pariter* certamen in illud. cf.
M. 2.$_{445}$ sed postquam *pariter* nymphas incedere vidit.
her. 4.$_{28}$ et *pariter* nostrum fiet uterque nocens.
her. 13.$_{29}$ ut rediit animus *pariter* rediere dolores. cf. quoque M. 6.$_{717}$.

in illud] cf. her. 12.$_{93}$ eodem versus loco: in illis.

---

140. in dubium Veneris palma futura fuit;

in dubium futura fuit] quam locutionem quamquam Heinsius et Burmannus copiosissime defenderunt, tamen reicio; nam apud Ovidium ipsum nusquam eam inveni; Ovidius semper pro *in dubium esse* scribere solet *in dubio esse;* cf. F. 2.$_{781}$ M. 12.$_{522}$ exitus *in dubio est.* F. 3.$_{889}$ nominis *in dubio* causa *est.* M. 1.$_{396}$ spes tamen *in dubio est.* A. 2.10.$_{6}$ artibus *in dubio est,* haec sit an illa prior. M. 10.$_{374}$ quo cadat, *in dubio est.* M. 8.$_{45}$. »laeter«, ait, »doleamne geri lacrimabile bellum, *in dubio est.*«

---

139. *si* tu *venisses* pariter certamen in illud,
in dubium Veneris palma *futura fuit.* cf.

A. 2.14.$_{17}$ *si* Venus Aeneam gravida *temerasset* in alvo
Caesaribus tellus orba *futura fuit.*

A. 2.14.$_{9}$ *si* mos antiquis *placuisset* matribus idem,
gens hominum vitio *deperitura fuit.*

---

140. futura fuit] cf. A. 2.14.$_{17}$ futura fuit. A.a. 2.$_{350}$ futuris eris. R.A. 582: futura tibi est.

---

141. magna quidem de te rumor *praeconia* fecit.
. . . . *praeconia* fecit. cf.:
A. 3.12.$_{9}$ . . . . *praeconia* feci.
A.a. 1.$_{623}$ . . . . *praeconia* formae.
A.a. 3.$_{535}$ . . . . *praeconia* formae.
M. 12.$_{573}$ . . . . *praeconia* rebus.
T. 4.9.$_{19}$ . . . . *praeconia* gentes.
e.P. 3.1.$_{45}$ . . . . *praeconia* nostra.
T. 5.1.$_{9}$ . . . . *praeconia* casus.
e.P. 1.1.$_{55}$ . . . . *praeconia* gaudent.
e.P. 4.8.$_{45}$ . . . . *praeconia* laudum.

praeconia de te] hic solum; cf. contra e.P. 3.1.$_{45}$ praeconia nostra. T. 4.9.$_{19}$ praeconia nostra. T. 1.6.$_{35}$ praeconia nostra. e.P. 4.8.$_{45}$ praeconia laudum. T. 5.1.$_{9}$ praeconia casus. A. 3.12.$_{9}$. A.a. 1.$_{623}$. A.a. 3.$_{535}$ praeconia formae.

nusquam *praeconia* coniungit Ovidius cum praepositione *de*.

---

142. nullaque *de facie* || *nescia* terra tua est:

nescius de] non quadrat ad usum Ovidianum, cum Ovidius nomen adiectivum *nescius* coniungere soleat non cum praepositione *de* sed cum casu genetivo; cf.:

e.P. 1.5.$_{4}$ nescius exilii ne videare mei.
F. 2.$_{47}$ antiqui ne nescius ordine erres.
F. 4.$_{909}$ ritus ne nescius essem.
T. 1.3.$_{12}$ est vitae || nescius ipse suae.
A. 3.11.$_{40}$ et videor voti || nescius esse mei.
A.a. 1.$_{64}$ cogeris et voti || nescius esse tui.
T. 3.3.$_{26}$ iucundum nostri || nescia tempus agis.
her. 1.$_{65}$ Sparte quoque nescia veri.
T. 5.2.$_{67}$ nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinae.

ceterum *nescius* eodem versus loco quo hic positum est in T. 1.3.$_{12}$. A. 3.11.$_{40}$. A.a. 1.$_{64}$. T. 3.3.$_{26}$.

---

143. nec tibi par usquam *Phrygia,* nec solis ab ortu.

hic mihi casus ablativus *Phrygia* ex usu Ovidii esse videtur; sed non Burmanno adsentior, qui *Phrygia* pro *a Phrygia* positum dicit; nam quid sibi vellet *a Phrygia,* minime perpicuum esset; immo *Phrygia* pro *in Phrygia* positum habeo; nam Ovidium persaepe ablativum pro ablativo cum praepositione »in« coniuncto adhibere iam supra ad v. 43 demonstravi; sed haec interpretatio ne iis quidem, quae sequntur, redarguitur; nam *nec solis ab ortu* nihil aliud significat nisi *nec solis ab ortu usque ad occidentem solem.*

---

144. *formosas*] nomen substantivum; cf.:

A.a. $1._{134}$ nunc quoque formonsis insidiosa manent.
A.a. $3._{257}$ formonsae non artis opem praeceptaque quaerunt.
A. $1.10._{47}$ parcite, formonsae, pretium pro nocte pacisci.
A. $3.3._{31}$ formonsas superi metuunt offendere laesi.
A.a. $2._{117}$ et tibi iam venient cani, formonse, capilli.

---

145. crede sed hoc nobis: *minor* est tua gloria *vero.* cf. M. $1._{215}$ *minor* fuit ipsa infamia *vero.* T. $5.6._{42}$ crede mihi, *vero* est nostra querella *minor.* cf. quoque F. $4._{801}$.

---

148. et tua *materia* gloria victa sua est. cf.:

T. $5.5._{49}$ scilicet adversis probitas exercita rebus
tristi *materiam* tempore laudis habet.
T. $4.1._{84}$ *materiam* culpae persequiturque suae.

ad v. **149.** cf. $17._{23}$.

---

149. ergo arsit merito, qui noverat omnia Theseus;

qui noverat omnia] valde displicet; nam primum et cur hic dicat Paris Thesea omnia novisse, et quae sint illa omnia, non satis facile perspici potest; deinde si *omnia* interpretamur *omnes formosas puellas, omnia* non suo iure mihi ita adhibitum videtur; ceteris autem locis, ubi Ovidius eius modi locutione utitur, quam maxime manifestum est et cur dicat illa poeta et quae sint illa *omnia.* cf.:

e.P. 1.2.$_{78}$ nescit enim Caesar, quamvis deus omnia novit.
e.P. 1.7.$_{43}$ ipse sed hoc videt, qui pervidet omnia, Caesar.

---

151. more tuae gentis *nitida* dum nuda *palaestra.* cf.:
M. 6.$_{241}$ transierant ad opus *nitidae* iuvenale *palaestrae.*
F. 5.$_{667}$ laete lyrae pulsu *nitida* quoque laete *palaestra.*

---

153. quod *rapuit* laudo; miror quod *reddidit* unquam.
rapuit] cf.
her. 13.$_{55}$ nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,
hospes erat.
reddidit] reddere nusquam Ovidius per se ipsum ponit sed semper subiungit cum substantivo aliquo.

---

154. tam bona *constanter* cf.
e.P. 1.5.$_{41}$ sic ego *constanter.*
T. 5.4.$_{49}$ fac modo *constanter.*
cf. quoque T. 3.1.$_{27}$. 4.5.$_{23}$.

---

155. ante recessisset caput hoc cervice cruenta,
quam tu de thalamis abstraherere meis.
ante = antea] cf.:
her. 3.$_{63}$ devorer ante, precor, subito telluris hiatu.
her. 3.$_{87}$ me tamen ante recepta.
her. 4.$_{69}$ tunc mihi praecipue, nec non tamen ante placebas.
her. 5.$_{128}$ nescio quis Theseus abstulit ante.
A. 1.7.$_{23}$ ante meos umeris vellem cecidisse lacertos.
A. 3.3.$_{2}$ et facies illi quae fuit ante manet.
e.P. 1.10.$_{26}$ quoque ierit, quaeras, qui fuit ante, color.
F. 1.$_{227}$ placidis ita rursus, ut ante.
caput *hoc*] = caput meum cf.:
her. 5.$_{74}$ illuc *has* lacrimas in mea saxa tuli.
her. 14.$_{59}$ si manus *haec* aliquam posset committere caedem.
cf. quoque

her. 14.$_{72}$ expulerunt somnos *haec mea* dicta tuos.
her. 13.$_{90}$ fac *meus* in ventos *hic* timor omnis eat.

---

156. *abstraherere de*] hic solum; cf. contra:
M. 13.$_{658}$ *abstrahit* invitas gremi*o* genitoris.
her. 14.$_{83}$ *abstrahor a* patriis sedibus.
M. 3.$_{438}$ *abstrahere inde* potest.

---

156. quam tu de thalamis *abstraherere* meis. cf.:
her. 9.$_{10}$ . . . . *conciperere* fuit. cf. quoque:
her. 5.$_{49}$ . . . . *quererere* teneri.
her. 10.$_{71}$ . . . . *morerere* recurvo.

---

159. si redd*enda fores* cf.:
e.P. 4.9.$_{88}$ tunc oculis etiam percipi*enda foret.*
F. 6.$_{222}$ apta requirebam, quaeque cav*enda forent.* cf. quae ad v. 36 adnotavi.

---

160. nec Venus *ex toto* nostra fuisset iners. cf.:
e.P. 4.8.$_{72}$ nec tamen *ex toto* deserere illa potes.
e.P. 1.6.$_{28}$ non est *ex toto* nulla relicta meae.

---

163. da modo te. quae sit *Paridi* constantia nosces.

Paridi] saepius Ovidius nomen substantivum sive adiectivum sive participium ponit omittens pronomen personale, quod ipsum exspectamus. cf. in her.: Penelope 1.$_{84}$: Phyllis 2.$_{60}$. Cressa 4.$_{2}$. Phaedra 4. 74. Oenone 5.$_{3 \cdot 80 \cdot 133}$. Hypsipyle 6.$_{153}$. Dido 7.$_{68 \cdot 170}$. haec puella 8.$_{8}$. Hermione 8.$_{59}$. Deianira 9.$_{131}$. Laodamia 13.$_{2}$. Hypermnestra 14.$_{1}$. — dignae puellae 5.$_{155}$. Hypsipyles 6.$_{132}$. matris 7.$_{137}$. Aeolidos 11.$_{7}$. puellae 12.$_{91}$. Medeae 12.$_{184}$. amantis 1.$_{22}$. precantis 4.$_{175}$. scribentis 7.$_{185}$. clamantis 11.$_{52}$. amantis 11.$_{128}$. mandantis 13.$_{18}$. — Phaedrae 4.$_{112}$. miserae 10.$_{24}$. 13.$_{28}$. amanti 2.$_{101}$. iacentibus 5.$_{45}$. dimissae 5.$_{51}$. scribenti 9.$_{143}$. clamanti 10.$_{21}$. amanti 13.$_{10}$. — Demophoonta 2.$_{98}$. piam 6.$_{137}$. Didon 7.$_{9}$.

vinctam 7.$_{127}$. clamantem 8.$_{9}$. captam. 8.$_{103}$. haerentem 10.$_{136}$. disiectam et iacentem 12.$_{65}$.

---

169. nec piget aut unquam stulte legisse videbor.

legere] apud Ovidium nusquam sine accusativo obiecti adhibetur; sed cf. *eligere* sine accusativo positum M. 3.$_{389}$

cui deus *elige* ait, nullam patiere repulsam.

M. 12.$_{200}$. *elige,* quid voveas.

videbor] pro *videbor* exspecto *mihi videbor,* quod magis quadrare videtur ad *piget;* placet igitur quam maxime quod exhibet cod. o. *fatebor;* sed iam alio loco ostendi cod. o. plerumque exhibere, quae exspectamus, si cod. meliores aliquid afferunt alienum a sermone Ovidiano, et ob eam rem cod. o. suspectum videri; certe poeta *mihi videbor* sive simile aliquid veluti *fatebor* scribere voluit, *videbor* autem scripsit — nihil id curans, quod Ovidius nusquam pro *mihi videbor* adhibet *videbor* — propterea quia Ovidius saepius in ultimo versus loco scribere solet *videbor* sive *videbar* sive *videri* sive *videris.* cf.
M. 15.$_{661}$ vertar in hunc; sed maior ero, tantusque videbor.
T. 4.3.$_{59}$ nec, quem praeferres, ita res tibi magna videbar.
R.A. 275. 499. 711. T. 3 11.$_{37}$. T. 5.14.$_{7}$. M. 3.$_{131}$. 8.$_{785}$. 13.$_{236}$. 14.$_{474}$. F. 3.$_{773}$. M. 14.$_{360}$. 1.$_{621}$. 12.$_{204}$. 14.$_{727}$. 3.$_{352}$.

---

169. nec piget aut unquam stulte legisse videbor.
permanet in voto mens mea firma suo.

cf. 163 da modo te. quae sit Paridi constantia nosces:
flamma rogi flammas finiet una meas.

et 155: ante recessisset caput hoc cervice cruenta,
quam tu de thalamis abstraherere meis.

omnes illi versus idem fere significant, Paridem summo amore esse inflammatum; sed quis non videt priores versus acrioris animi esse et plus amoris ostendere quam sequentes? talem dictionem autem ex usu Ovidii esse credibile est, qui et multis locis et in heroidibus ipsis componendis manifeste

ostendit in progrediente oratione semper alacriorem videri debere animum amatoris? equidem nego.

---

171. spem modo ne nostram fieri patiare caducam,
deprecor, o tanto digna labore peti.

deprecor modo ne] Ovidius coniungere solet *deprecor* aut cum accusativo substantivi alicuius aut cum coniunctione *ne*, aut per se ponit *deprecor;* nusquam scribit: *deprecor modo ne*. cf.:

A. $2.9._{26}$ vive, deus posito siquis mihi dicat amore, deprecor.
e.P. $3.4._{65}$ deprecor, haec vatum contra sua carmina ne quis dicta putet.
her. $9._{159}$ deprecor hoc unum per iura sacerrima lecti,
ne videar fatis insidiata tuis.
M. $2._{98}$ deprecor hoc unum.
e.P. $1.2._{59}$ saepe precor, mortem, mortem quoque deprecor idem.
F. $2._{103}$ ille metu vacuus »mortem non deprecor« inquit.
ad v. **173.** cf. $17._{53}$.

---

173. non ego coniugium generosae degener opto.

generosae] verbum substantivum; hic solum; nam Ovidius verbo *generosus* semper ut adiectivo utitur, nusquam ut substantivo ne in M. $8._{449}$ quidem, nam ibi facile ex versu antecedente suppleri potest *filia*. cf.:

filia restabat, non illo digna parente;
hanc quoque vendit inops. dominum generosa recusat.

---

174. nec mea, crede mihi *turpiter* uxor *eris*. cf.
R. A. 314 et fateor medicus *turpiter* aeger *eram*.
F. $3._{464}$ *utiliter* nobis perfidus ille *fuit*.

---

175. *Pliada]* hic solum; exstant solum: Pliades A.a. $1._{409}$ et F. $4._{169}$ et Pliadas F. $5._{599}$; ceteris locis legimus: Pleias M. $1._{670}$. F. $5._{604}$. Pleiadas M. $13._{293}$. F. $5._{84}$. $3._{105}$. Pleiadum F. $5._{106}$.

---

176. invenies, medios ut taceamus avos.

medios] cf.:

her. $8._{48}$ tu quoque habes proavum Pelopem Pelopisque parentem,
si *medios* numeres, a Jove quintus eris.

tacere aliquem] cf.:

M. $12._{552}$ utque alios taceam, quos ille peremit.
her. $9._{90}$ non hominum pingues caede tacentur equae.
T. $2._{319}$ cur tacui Thebas.

---

177. sceptra parens Asiae, qua nulla beatior ora est,
finibus immensis vix obeunda tenet.

sceptra Asiae] cf.:

M. $6._{677}$ sceptra loci rerumque capit moderamen Erechtheus.

sceptrum apud Ovidium saepius idem significat atque *imperium,* nusquam quod *regnum;* imitator igitur duo inter se diversa confudisse videtur; nam *sceptra Asiae* sane Ovidianum est, non ita *sceptra finibus immensis vix obeunda.*

---

180. quaeque suos dicas *templa decere* deos. cf.:

her. $5._{86}$ sunt mihi, quas possint sceptra decere manus.
F. $2._{105}$ capit ille coronam,
quae possit crines Phoebe decere tuos.
A.a. $3._{153}$ et neglecta decet multas coma.
F. $3._{252}$ haec nos praecipue tam pia causa decet.
A. $1.8._{35}$ decet alba quidem pudor ora.

---

182. moenia *Phoebeae* structa canore lyrae. cf.:

F. $3._{827}$ vos quoque *Phoebea* morbos qui pellitis arte.
T. 4.2_{51} tempora *Phoebea* lauro cingentur.
e.P. $2.2._{82}$ tempora *Phoebea* virgine nexa tulit. cf. quoque M. $7._{365}$.

---

183. quid tibi de turba narrem numeroque virorum.

turba numeroque] pleonasmus, cuius haec epistula prae ceteris permulta exhibet exempla.

---

184. vix populum tellus *sustinet* illa suum. cf.:
A.a. $1._{297}$ nota cano. non hoc, centum quae *sustinet* urbes, quamvis sit mendax, Creta negare potest.

---

185. occurrent denso tibi *Troades* agmine *matres*. cf.: her. $3._{71}$ inter *Achaeiadas* longe pulcherrima *matres*. her. $8._{66}$ *Tantalidae matres* apta rapina sumus. her. $13._{85}$ conveniunt *matres Phylleides*.

---

187. o quotiens dices quam pauper *Achaia* nostra est.
M. $13._{325}$ stabit et auxilium promittet *Achaia* Troiae.
M. $8._{268}$ Theseos, et populi, quos dives *Achaia* cepit.
her. $8._{13}$ parcius Andromachen vexavit *Achaia* victrix.
M. $4._{606}$ India; quem positis celebrabat *Achaia* templis.

---

190. in qua tu nata *es,* terra beata mihi *est.*

191. parca sed *est* Sparte, tu cultu divite digna (sc. *es*).
turpissimi versus propter illud *es . . . est* et *est . . . es,* quod maxime ab Ovidio alienum esse scimus.

---

190. in qua tu nata es, *terra beata* mihi est. cf.:
her. $12._{26}$ intrasti patriae *regna beata* meae.

---

192. ad talem formam non *facit* iste locus. cf.:
A.a. $3._{540}$ et *facit* ad mores ars quoque nostra suos.
her. $6._{128}$ Medeae *faciunt* ad scelus omne manus.
her. $14._{56}$ non *faciunt* molles ad fera tela manus. cf. quoque de Vries p. 41.

---

193. *hanc faciem]* id est tuam faciem. cf.:
her. $9._{61}$ nempe sub his animam pestis Nameaea lacertis.
ubi *his lacertis* idem est ac *tuis lacertis.*

---

193. hanc faciem largis sine fine paratibus uti
deliciisque decet luxuriare novis.

sine fine Ovidius aut cum verbo aut cum nomine substantivo coniungit. cf.:

her. 8.$_{43}$ ille licet patriis sine fine superbiat actis.
A. 2.10.$_{11}$ quid geminas Erycina meos sine fine dolores.
M. 4.$_{334}$ poscenti nymphae sine fine sororia saltem oscula.
M. 12 $_{316}$ in tanto fremitu cunctis sine fine iacebat.
M. 13.$_{330}$ devoveas sine fine caput.
T. 2.1.$_{68}$ inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui.
e.P. 3.6.$_{22}$ nec semper laesos et sine fine premunt.
e.P. 2.8.$_{63}$ quae mecum est et erit sine fine.
e.P. 1.10.$_{23}$ sed vigilo vigilantque mei sine fine dolores.
T. 1.2.$_{75}$ non ego divitias avidus sine fine parandi.
M. 7.$_{806}$ iamque petunt, pretiumque iubent sine fine pacisci.
M. 11.$_{792}$ pronus abit, letique viam sine fine retemptat.
T. 4.6.$_{44}$ malique in circumspectu stat sine fine sui. cf. Eschenb. p. 8.

---

195. cum videas cultus *nostra de gente virorum* cf.:

her. 7.$_{161}$ sic superent quoscumque *tua de gente* reportas.
M. 13.$_{244}$ ausum eadem, quae nos *Phrygia de gente* Dolona.
F. 1.$_{707}$ fratribus illa deis *fratres de gente* deorum.

---

197. nec dedignare*]* cf. quae adnotavi ad v. 11. huiusce epistulae.

---

198. rure *Therapneo* nata puella Phrygem. cf.:

F. 5.$_{223}$ prima *Therapneo* feci de sanguine florem.
A.a. 3.$_{49}$ probra *Therapneae* qui dixerat ante maritae.

198. *rure Therapneo*] *rus* coniunctum cum nomine adiectivo; cf.:

A. 2.16.$_{1}$. pars me Sulmo tenet *Peligni* tertia *ruris*.

A. 3.15.$_{8}$ quos ego composui *Peligni ruris* alumnus.
F. 3.$_{780}$ et faceret *patrio rure* senator opus.

---

199. Phryx erat et *nostro genitus de sanguine* qui nunc. cf.:
M. 2.$_{90}$ scilicet ut nostro genitum te sanguine credas.

genitus de] cf.: M. 14.$_{617}$ de quo Romulusque feroxque Acrota sunt geniti.
M. 13.$_{895}$ purpureum viridi genuit de caespite florem.

---

200. cum dis potando nectare miscet aquas:

habes hic gerundivum, quod vocamus, ipsum in casu obliquo positum et coniunctum cum casu obliquo; quae constructio nusquam in toto Ovidio inveniri potest et quam recte abiudicamus Ovidio; nam praeterea contorta existit verborum positio, quae valde abhorret ab usu Ovidiano; quod autem exhibet cod. G. *potandas* pro *potando,* plane reiciendum est; nam si legeremus:

cum dis potandas nectare miscet aquas

primum putandum esset deos non nectar aqua permixtum bibisse sed aquam nectare permixtam, deinde non Ganymeden dis nectar aqua miscuisse sed et eum et deos ipsos id fecisse, quae utraque res valde abhorret a consuetudine deorum Graecorum.

---

201. Phryx erat Aurorae coniunx; tamen abstulit illum,
extremum noctis quae dea finit iter.

Quo de circuitu eloquendi cf. cum alia exempla, quae hac de re in v. 78 interpretando adnotavi, tum A. 1.13.$_{1}$

iam super oceanum venit a seniore marito,
flava pruinoso quae vehit axe diem.

sed in omnibus illis versibus neque praemissum est neque subsequitur nomen eius sive dei sive hominis, de quo verba facit poeta; quam ob rem placet illis locis circuitus eloquendi, cum ex eis, quae faciunt, divinandum sit, qui sint. Sed quid hic sibi vult circuitio? Hic iam nomen deae ipsius praemit-

titur, nulla igitur est causa circuitionis, quae hic plane friget. Ex usu Ovidii igitur hoc distichon non videtur.

---

203. Phryx etiam Anchises, volucrum cui *mater Amorum* cf.
F. 4_1 alma fave, dixi, geminorum *mater Amorum*.
her. $7._{59}$ praecipue cum laesus amor quia *mater Amorum*.

---

ad. v. **207.** sqq. cf. $17._{56}$. sqq.

---

210. et qui Myrtoas crimine *signat aquas*. cf.:
T. $3.4._{22}$. Icarus immensas nomine *signat aquas*.

---

213. *quid tamen hoc refert,* si te tenet . . . . cf.:
M. $13._{268}$ *quid tamen hoc refert,* si se pro . . . .
F. $3._{495}$ *quid tamen hoc refert,* vitio tibi . . . . .
*te te*net] cf.:
T. $5.10._{28}$ est igitur ra*rus, rus* qui colere audeat.
F. $3._{880}$ canuerint herbae r*ore re*cente quater.
T. $1.8._{46}$ duritiaeque mihi non ager*ere re*us.
her. $8._{52}$ tu dominus, tu vir, tu mihi frat*er er*as.
A.a. $3._{244}$ orneturve bonae semper in ae*de de*ae.
T. $1.8._{50}$ officium laudem, quo quer*or or*e tuum.
T. $4.2._{46}$ vincula fert illa, qua tulit ar*ma ma*nu.
M. $5._{275}$ vertitur, et nondum tota *me me*nte recepi.
M. $6._{201}$ ite, satis *pro pro*le sacri est.
cf. praeterea, quae de illa dissonnantia attulit Alfredus Biese in Mus. Rhen. 1883 p. 634.

---

214. cogitur huic domui Juppiter esse socer.

qui versus mihi non suo loco esse videtur; nam dirimit versus quam maxime inter se cohaerentes et aliquid novi affert, quod neque quadrat ad versum antecedentem nec ad versus insequentes; immo v. 215 et 213 adeo inter se cohaerent, ut fere nullo versu nedum tam alieno dicto dirimi posse videantur. cf.: 213 quid tamen hoc refert, si *te tenet* ortus ab illis? et v. 215

heu facinus! totis indignus noctibus ille
te *tenet*, amplexu perfruiturque tuo.

hosce versus igitur 213—215 minime putandum est Ovidium composuisse, apud quem tale quidquam nusquam invenitur.

cogitur huic *domui.* || cf.:
her. $7._{165}$ parce precor *domui.* ||
her. $9._{153}$ heu devota *domus.* ||

---

215. *heu facinus!* totis indignus noctibus ille. cf.:
A.a. $1._{751}$ *heu facinus!* non est hostis metuendus amanti.

---

219. hostibus *eveniant* convivia talia nostris. cf.:
e.P. $4.6._{35}$ hostibus *eveniat* quam sis violentus in armis.
A.a. $3._{247}$ hostibus *eveniat* tam foedi causa pudoris.
F. $4._{775}$ quae precor *eveniant.*
A. $3.11._{16}$ *eveniat* nostris hostibus ille pudor.
F. $3._{494}$ *eveniat* nostris hostibus ille color.

---

220. *experior* convivia] cf.:
T. $3.11._{74}$ ipse, velim, poenas experiare meas.
T. $3.2._{27}$ di, quos experior nimium constanter iniquos.

220. experior *posito* qualia saepe *mero.* cf.:
A.a. $3._{350}$ ut moveat *posito* bracchia iussa *mero.*
F. $2._{740}$ inveniunt *posito* pervigilare *mero.*

---

221. *paenitet hospitii] paenitet* hic mihi non suo loco esse videtur; exspecto hic *piget* sive *taedet;* nam *paenitere* aliquem non potest nisi facti ipsius; supplendum igitur esset sive (hospitii) *accepti* sive aliud simile aliquid significans participium; si autem tale aliquid mente supplemus, haec interpretatio mihi longius repetita videtur; neque satis firma huiusce rei exempla apud Ovidium invenire potui.

---

223. *rumpor* et invideo] cf.:

her. 8.$_{57}$ *rumpor* et ora mihi pariter cum mente tumescunt.

rumpor et invideo] invideo obsolute positum. cf.:

T. 1.1.$_{1}$ parve, nec invideo, sine me liber ibis in urbem.
e.P. 1.8.$_{8}$ tuta, nec invideo, cetera turba latet.

---

225. oscula cum vero coram non dura daretis.

coram] absolute positum. cf.:

M. 9.$_{560}$ et damus amplexus et iungimus oscula coram.
A. 3.14.$_{16}$ nec pudeat coram verba modesta loqui.
A.a. 3.$_{215}$ nec coram mixtas cervae sumpsisse medullas.
nec coram dentes defricuisse probem.

225. *oscula* non *dura* cf.:

A.a. 1.$_{668}$ (oscula) neve queri possit *dura* fuisse, cave.

225. *oscula* cum vero coram non dura daretis. cf.:

her. 5.$_{151}$ *oscula* dimissae quotiens repetita dedisti.
A. 1.4.$_{38}$ *oscula* praecipue nulla dedisse velis.
A. 2.4$_{26}$ *oscula* cantanti rapta dedisse velim.
A. 2.5.$_{50}$ *oscula* ne nobis deteriora daret.
A. 2.6.$_{56}$ *oscula* dat cupido blanda columba mari.
A. 2.19.$_{17}$ *oscula*, di magni, qualia quotque dabat.
A.a. 1.$_{424}$ *oscula* deinde dabit. deinde rogabit amas.
A.a. 2.$_{459}$ *oscula* da flenti, Veneris da gaudia flenti.
R.A. 794 *oscula* cum poteris iam dare, sanus eris.
M. 4.$_{80}$ *oscula* quisque suae . . . .
M. 10.$_{256}$ *oscula* dat, reddique putat; . . . .
F. 5.$_{410}$ *oscula* saepe dedit . . . .
M. 8.$_{538}$ *oscula* dant ipsi, posito dant oscula lecto.
M. 1.$_{556}$ *oscula* dat ligno, refugit tamen oscula lignum.
A.a. 2.$_{551}$ *oscula* vir dederat, memini, suus, oscula questus.
hor. 4.$_{144}$ *oscula* aperta dabas, oscula aperta dabis.

cf. praeterea her. 13.$_{118}$. A. 2.18.$_{10}$. F. 2.$_{714}$. T. 1.3.$_{58}$. e.P. 2.3.$_{72}$. — M. 10.$_{281}$. 11.$_{713}$. 14.$_{658}$. — M. 1.$_{376}$. $_{646}$. 3.$_{427}$ 4.$_{222}$. 6.$_{504}$. 7.$_{631}$. 8.$_{211}$. 9.$_{365}$. $_{504}$. 10.$_{525}$. 11.$_{738}$. 13.$_{420}$. $_{424}$. A.a. 2.$_{69}$. F. 2.$_{719}$. e.P. 4.9.$_{18}$.

225. *cum . . . daretis . . . posui]* displicet hic et coni. imperf. *daretis* et perf. *posui;* nam comparantes et versus antecedentes: rump*or* et invid*eo, cum* fov*et,* et versus insequentes: lumina demitt*o*, *cum* te ten*et*, hic quoque exspectamus, si non *datis* et *pono,* at certe *cum . . . dabatis . . . ponebam;* omnes hi versus sunt exempla, quae illustrent, qualia convivia expertus sit Paris; in omnibus de eadem re agitur, et priores et posteriores idem habent verbi tempus, iure igitur in v. 225 et 226 si non idem tempus ad certe similem constructionem exspectamus, non ab illis tam alienam, quam hic videmus; quod vitium certo Ovidio tribui non posse persuasum habemus.

---

227. *lumina demitto]* cf.:

M. 15.$_{612}$ demisere oculos omnes gemitumque dedere.

M. 10.$_{367}$ demisit vultus sceleris sibi conscia virgo.

tenet artius] hic solum; quod vitium coniectura removeri posse videtur; cod. G. pro *artius* exhibet *arcius*, quod si per metathesin mutamus in *acrius,* existit Ovidianum illud: acrius tenere; cf.:

T. 1.3.$_{17}$ uxor amans flentem flens *acrius* ipsa *tenebat.*

---

228. crescit et invito lentus in ore cibus.

totus hic versus displicet; nam talia apud Horatium quidem — memineris lippi hominis et multorum aliorum illius generis — non apud Ovidium legere consuevimus; nam hac in re Ovidius certe cum Homero comparandus est, cum uterque proferat hic illic immania quidem et crudelia, sed nusquam ea, quorum nos taedeat; confer contra, quam bene idem fere exprimat Ovidius in her. 11.$_{30}$:

sumebant minimos ora coacta cibos.

229. saepe *dedi gemitus*] cf.:

her. 11.$_{32}$ et *gemitum* nullo laesa dolore *dabam.*

M. 2.$_{606}$ icta *dedit gemitum.*

M. 8.$_{758}$ contremuit *gemitumque dedit.*

M. 10.$_{599}$ *dant gemitum* victi.
M. 15.$_{612}$ demisere oculos omnes *gemitumque dedere.*

---

237. *qua licet* et possum] cf.:
her. 4.$_{9}$ *qua licet* et quitur.
her. 5.$_{56}$ *qua licet* et lacrimis umet arena meis.
e.P. 2.4.$_{34}$ *qua licet* et quantum non onerosus ero.
e.P. 2.8.$_{65}$ nos quoque, vestra, iuvet, quod, *qua licet*, ora videmus.
luctor celare] luctor c. inf. cf.:
e.P. 1.5.$_{13}$ ut tamen ipse vides, luctor deducere versum.
M. 15.$_{518}$ ego ducere vana
frena manu spumis albentibus oblita luctor.
M. 12.$_{482}$ laterique recondere duro luctatur gladium.

---

239. nec tibi *verba damus*] cf.:
A. 2.19.$_{50}$ cum bene servasses, ut bene *verba darem.*
A.a. 2.$_{558}$ peccent, peccantes *verba dedisse* putent.
A.a. 3.$_{610}$ quot fuerant Argo lumina, *verba dabis.*
R.A. 34 *verbaque dent* cauto qualibet arte viro.
cf. praeterea T. 2.$_{500}$. 5.7.$_{40}$. A. 3.14.$_{29}$. e.P. 4.8.$_{36}$.
sentis mea *vulnera]* cf.:
T. 4.1.$_{41}$ utque suum Bacche non *sentit* saucia *vulnus.*
sentis mea vulnera, *sentis]* ad hanc figuram, quam reditionem (κύκλον) nominamus, cf.:
M. 1.$_{515}$ . . . . *nescis* temeraria, *nescis;* et M. 3.$^{148}/_{153}$.

---

240. *atque utinam* soli sint ea nota tibi. cf.:
M. 13.$_{43}$ *atque utinam* aut verus furor ille aut creditus esset.

---

241. lacrimis venientibus] cf.:
A.a. 1.$_{661}$ si lacrimae -- neque enim veniunt in tempore semper.
aliis locis Ovidius dicit: lacrimae cadunt, eunt, fluunt, labuntur, oboriuntur, profunduntur. cf.: e.P. 2.3.$_{84}$. T. 3.5.$_{141}$;

her. 8.$_{62}$. 13.$_{52}$; her. 6.$_{63}$. M. 4.$_{581}$; her. 7.$_{185}$; her. 8.$_{109}$. A. 1.4.$_{51}$. M. 1.$_{359}$. 2.$_{656}$. 6.$_{495}$. 7.$_{689}$. 13.$_{539}$; her. 10.$_{55}$. M.7.$_{91}$. 11.$_{418}$. F. 6.$_{605}$. T. 4.1.$_{95}$. e.P. 1.9.$_{53}$.

---

243. aliquem narravi potus *amorem*] id est narratiunculam aliquam de amore. cf.:
A. 3.6$_{101}$ narrabam fluminum amores.
M. 5.$_{576}$ fluminis Elei veteres narravit amores.
M. 4.$_{276}$ vulgatos taces, dixit, pastoris amores.

---

245. indiciumque mei ficto *sub nomine* feci. cf.:
T. 2.$_{551}$ idque tuo nuper scriptum *sub nomine* Caesar.
T. 4.10.$_{68}$ *nomine sub* nostro fabula nulla fuit.

---

246. *verus* amator] cf.:
R.A. 555 is mihi sic dixit . . . dubito *verus*ne Cupido
an somnus fuerit.
T. 1.$_{764}$ *veri* parentes.
M. 3.11.$_{48}$ mugiet et *veri* vox erit illa bovis.

---

247. petulantius] adverbium *petulantius*. hic solum ap. Ov. inveni.

---

249. prodit*a* sunt, memini, tunic*a*, tu*a* pector*a* l*a*x*a*;
a cumulatum;

tunica] tunica utuntur apud Ov. saepius Graeci; cf. exempli gratia her. 6.$_{27}$. 9.$_{144}$. 10.$_{138}$. 11.$_{59}$.

tunica *laxa*] cf. A.a. 3.$_{268}$ laxus amictus. A.a. 1.$_{516}$ in laxa pelle. F. 4.$_{436}$ laxos sinus.

---

250. atque oculis aditum nuda dedere meis.

primum *oculis aditum dare* hic solum apud Ov. exstat; deinde certe non pectora ad se oculis aditum dedere sed tunica laxa ad pectora; legimus igitur hic et verba inusitata et aliam exspectamus verborum constructionem. pro *oculis aditum dare*

scribit Ovidius *oculis patere;* cf. her. 2.$_{122}$. quaque patent oculis aequora lata meis.

---

251. pectora vel puris nivibus vel lacte tuamque
complexo matrem candidiora Iove.

complexo matrem] participium in casu ablativo positum et coniunctum cum accusativo substantivi alicuius; cuius constructionis alia exempla apud Ovidium non inveni.

(pectora) *candidiora puris nivibus]* cf.:

A. 3.5.$_{11}$ (vacca) candidior nivibus, tunc cum cecidere recentes.
cf. de halieuticis p. 8.

---

253. dum *stupeo* . . . cf.:
M. 3.$_{381}$ hic *stupet* . . .
M. 10.$_{287}$ dum *stupet* . . .

---

254. *tortilis ansa*] hic solum; *tortilis]* cf.:
M. 13.$_{915}$ ultimaque excipiat quod tortilis inguina piscis.

254. *excidit a* sive *e]* nusquam apud Ovidium *excidit* coniunctum cum praepositione videmus; sed Ovidius *excidit* coniungere solet cum ablativo praepositione non adhibita, cuius rei sunt exempla:

F. 5.$_{34}$ dum senior fatis excidit arce deus.
F. 6.$_{748}$ exciderat curru.
M. 2.$_{328}$ quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
M. 7.$_{172}$ excidit ore tuo, coniunx, scelus.
e.P. 2.4.$_{24}$ excidere haec credam pectore posse tuo.
A.2.1.$_{18}$ excidit ingenio Juppiter ipse meo.
A.a. 1.$_{539}$ excidit illa metu.

---

257. *et modo* cantabam veteres resupinus amores
et modo per nutum signa tegenda dabam.

cf. Birtius de halieutic. p. 18: »mira infantia hominis *nunc* non sine copula *et* iterantis; boni nimirum id non faciebant poetae neque Ovidius«; »lex necessario eadem ubi *modo* et

nunc voculae miscentur.« »neque enim si sententiae diversae repetita una voce *modo* inter se opponebantur, usu veniebat, ut copula interici posset; necesse simul tamen fuit semper fere primum sententiae locum ipsa vox *modo* tueretur.«

---

259. et comitum primas] nullo alio loco ap. Ov. verbum numerale *primus* coniunctum inveni cum casu genetivo; nam aut per se ponit Ovidius *primus* sicuti A.a. 1.101. A. 1.13.$_{15}$. $_{16}$. A.a. 1.$_{456}$. aut coniunctum cum praepositione *inter,* cuius rei duo exstant exempla: her. 4.$_{117}$. T. 4.5.$_{1}$; aliud est: *una ministrarum:* M. 9.$_{306}$. — ad v. 259. cf.: 17.$_{269}$.

---

260. *adire sonis]* hic solum; — adire aliquem] cf.: M. 4.$_{256}$. at Clytien adit. M. 10.$_{651}$ Hippomenen adii. — *sonis = verbis]* cf.: e.P. 3.3.$_{22}$ talibus adfata est libera lingua sonis.
F. 5.$_{638}$ raucaque dimovit talibus ora sonis.

---

261. quae mihi non aliud, quam formidare locutae,
orantis medias deseruere preces.

Hoc in disticho nonnulla inveniuntur, quae repugnent usui Ovidiano; primum exspectamus pro *non aliud, nihil aliud,* deinde *nisi* pro *quam,* tum inter *quam* et *formidare* desideramus *se,* nam nusquam ab Ovidio in constructione accusativi c. inf. subiectum omittitur, ne tum quidem cum idem est atque in sententia principali. Ovidio igitur hosce versus abiudicandos censeo.

---

263. *di facerent* pretium magni certaminis esses. cf.:
her. 10.$_{133}$ *di facerent,* ut me summa de puppe videres.
P. 1.1.$_{58}$ *di facerent,* possem nunc meus esse liber.
T. 5.4.$_{13}$ *di facerent* utinam, talis status esset in illo.

---

265. Hippomenes] cf. M.10.$_{575}$. $_{587}$. $_{632}$. $_{640}$. $_{668}$. $_{690}$.
265. Schoeneida] cf.: A. 1.7.$_{13}$.

---

266. Hippodamia] her. $8._{70}$. A. $3.2._{16}$. A.a. $2._{8}$.

---

267. Alcides] A. $3.8._{52}$. A.a. $3._{156}$. F. $1._{375}$. $4._{66}$. $5._{387.\ 646}$.
267. Acheloia] M. $9._{414}$.

---

268. Deianira: her. $9._{131.\ 146.\ 152.\ 158.\ 168}$.

---

263. di facerent, pretium magni certaminis esses,
teque suo posset victor habere toro.
265. ut tulit Hippomenes Schoeneïda praemia cursus,
venit ut in Phrygios Hippodamia sinus,
267. ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit,
dum petit amplexus, Deïanira, tuos.
269. nostra per has leges audacia fortiter isset,
teque mei scires esse laboris opus.

quaerendum est, utrum v. 265—268 cohaereant cum disticho antecedente an cum insequente; qui versus si coniunguntur cum v. 263. 264, in v. 269 desideramus *quoque;* quamobrem ita cohaerere non videntur; sed ne cum vv. 269. 270 quidem cohaerent; quod si esset, in v. 267 certe *sic* erat ponendum, quod iam ii mihi intellexisse videntur, qui post v. 266 scripserunt:

(quae propero cursu vicerat ante procos).
Sic et tu Phrygias venies regina per urbes.

(cod. g 1, v. 2, v. 4, v. 5, g. 2, g. 4, c. 2, e, g, d. 6, v. 3, e. 1). Sed errant illi, nam non iam tum sed in v. 269 *sic* scribendum erat, nam etiam ad vv. 267. 268 illud *sic* respicere debebat; cohaerent igitur vv. illi 265—268 neque cum versibus insequentibus neque cum antecedentibus, et dirimunt disticha illa optime inter se cohaerentia:

263. di facerent, pretium magni certaminis esses,
264. teque suo posset victor habere toro.
269. nostra per has leges audacia fortiter isset,
270. teque mei scires esse laboris opus.

nam tum demum, cum versus illi inter se coniunguntur, plane intellegi potest, quid sibi velit illud *has leges.* Nam si

coniungimus v. 269 cum vv. 265–268, quae illae sint leges non apparet; illi viri, qui exempli gratia afferuntur, alter alteram legem sequuntur; sin autem cohaerent vv. illi cum vv. 263, 264. manifestum est, quae sint illae leges: eae certe, ut victor certaminis Helenen in toro suo habeat; deinde valde displicet mihi asyndeton intra octo versus; denique *per leges ire* et *laboris opus* nusquam ap. Ov. legimus.

---

271. nunc = ut res se habet] cf.:
her. 4.$_{108}$ iam nunc est patria gratior illa mea.
her. 10.$_{185}$ nunc quoque non oculis, sed qua potes, aspice mente.
271. nunc mihi nil superest, nisi te, formosa precari,
amplectique tuos, si patiare, pedes.
de forma *patiare* cf.:
her. 5.$_{7}$ leniter, ex merito quicquid *patiare*, ferendum est.
her. 3.$_{79}$ neve meos coram scindi *patiare* capillos.
her. 3.$_{81}$ vel *patiare* licet. cf. praeterea her. 4.$_{146}$.

---

273. *o decus, o* . . . . cf.
F. 6.$_{810}$ *o decus, o* sacra femina digna domo.
T. 5.$_{49}$ *o decus, o* patriae per te florentis imago. cf. praeterea M. 12.$_{612}$.
273. o decus, o praesens geminorum *gloria* fratrum. cf.:
M. 12.$_{530}$. o salve dixit, Lapithaeae *gloria* gentis.
A. 3.15.$_{8}$ Pelignae dicar *gloria* gentis ego.
e.P. 4.8.$_{70}$ *gloria* Pieridum summa futurus eras.
her. 12.$_{78}$ sed tibi servatus *gloria* maior ero.

---

274. *nata fores*] cf. quae ad v. 36, adnotavi.

---

276. aut hic *Taenaria* contegar exul humo. cf.:
her. 13.$_{45}$ aut te *Taenariae* faciem culpasse maritae.
M. 10.$_{13}$ ad Styga *Taenaria* est ausus descendere porta. cf.: praeterea F. 4.$_{612}$.
276. aut hic Taenaria *contegar* exul humo. cf.:
e.P. 1.2.$_{60}$. ne mea Sarmaticum *contegat* ossa solum.

---

277. non me*a* sunt summ*a* leviter district*a* sagitt*a* pector*a:* turpem in modum *a* vocalis iteratur; deinde *pectora districta* non est ex usu Ovidii, nam pectora Amoris sagitta vulnerantur, non *di*stringuntur; tum quomodo aliquid *leviter distringi* possit intellegi non potest. exspectamus pro »*di*stricta« »*de*stricta«, quod optime quadrat ad *leviter*. cf.:

M. 8.$_{382}$ fixa sub aura feri *summum de*strinxit harundo corpus.

M. 10.$_{526}$ inscius exstanti *de*strinxit harundine pectus.

M. 4.$_{561}$ aequora *de*stringunt summis Ismenides alis.

---

278. *descendit* vulnus] hic solum.

---

279. *fore ut* a caeleste sagitta
figar *erat* verax *vaticinata* soror:

laesa consecutio temporum; quam etsi hic illic apud Ovidium exstare concedo, at certe nullum exemplum invenire potui, ubi laesa esset consecutio temporum, secundaria sententia pendente ex infinitivo futuri *fore.*

---

280. *verax]* apud Ovidium nusquam legi, sed pro *verax* dicere solet Ovidius *verus.* cf.:

her. 5.$_{128}$ ah! nimium miserae vates mihi vera fuisti.

verax autem adhibere solet Sabinus, cuius rei est exemplum Sab. 1.$_{94}$.

---

283. multa quidem *subeunt* . . . . cf.:

T. 3.3.$_{15}$ omnia cum *subeant.*

e.P. 3.1.$_{153}$ plura quidem *subeunt.*

M. 15.$_{807}$ plurima cum *subeant.*

283. *coram*] cf. quae adnotavi ad v. 225.

---

284. excipe me lecto || *nocte silente* tuo. cf.:
A. 2.19.$_{40}$ quaerere quid latrent || *nocte silente* canes.
F. 2.$_{692}$ in medios hostes || *nocte silente* venit.

---

285. an pudet et metuis Venerem temerare maritam.

Venus marita] hic solum; legimus quidem apud Ovidium foedus maritum e.P. 3.1.$_{78}$, toris maritis her. 2.$_{41}$, faces maritas her. 11.$_{103}$, sacris maritis her. 12.$_{89}$. nusquam *Venus marita.*

---

291. *Venus aurea* cf. quae ad v. 35 adnotavi.

---

292. haec tibi *nempe* patrem furta dedere Jovem. cf.:
her. 6.$_{144}$ hiscere *nempe* tibi terra roganda fuit.
her. 7.$_{143}$ hoc duce *nempe* deo ventis agitaris iniquis.
cf. quoque her. 9.$_{61}$. M. 2.$_{474}$. her. 7.$_{148}$. 9.$_{70}$.

---

293. vix fieri, si sunt vires in semine morum,
et Jovis et Ledae filia, casta potes.

scriptum est hic aut *fieri* pro *esse* aut *potes* pro *poteras;* sed hanc verborum mutationem ex usu Ovidii esse nullo exemplo probari potest, nusquam eiusmodi quicquam ap. Ov. inveni.

293. vix fieri, si sunt vires in semine *morum.*

morum] conjectura edidit Merkelius; sed nullo alio loco legimus ap. Ov. *vires morum; amorum* exhibent P. G. V. o., sed hoc quoque a ceteris scriptis Ovidii alienum est; unum placet quod o exhibet: *avorum;* sed ne illud quidem aliis ex Ovidio sumptis exemplis probari potest.

---

ad. v. **294** cf. 17.$_{45}$.

---

296. et tua *sim,* quaeso, *crimina* solus ego. cf.:
her. 9.$_{51}$ non tibi *crimen erunt* Teuthrantia turba sorores.

---

297. *ea peccemus*] cf.: nihil peccare: A.a. 2$_{365}$. T. 4.4.$_{9}$. aliquid peccare M. 10.$_{281}$. e.P. 1.7.$_{38}$.

297. *hora iugalis*] hic solum; magis placeret mihi *taeda iugalis*, quod saepius apud Ovidium legimus. cf.: M. 1.$_{483}$. T. 4.5.$_{38}$. e.P. 3.2.$_{55}$. her. 4 $_{121}$.

297. nunc ea peccemus, quae corriget hora iugalis,
si modo promisit non mihi vana Venus.

Quid hic sibi velit v. 298 nullo modo intellegere possum. Nam Paridi ipsi Venus Helenam promiserat, Paris autem Helenae persuadere debebat re vera Venerem sibi eam promisisse, ergo Paris, quippe qui Helenae persuadere deberet, certe ipse persuasum sibi habere debebat, non vana sibi Venerem promisisse; nam quomodo is persuadebit, cui ipsi non persuasum est? in ceteris quoque epistulae partibus Paris ostendit se quam maxime Veneris promisso credere; et credat hic quisquam Paridem de Veneris fide dubitare potuisse vel ei dubitare licuisse, hic cum iam dicat: nunc ea peccemus, quae corriget hora iugalis? Minime. Ovidium certe Pariden talia dicentem hic non facturum fuisse persuasum habeo.

---

299. *et*] prave positum; pertinet enim ad *maritus*.

299. sed tibi et hoc suadet *rebus*. cf.:
A. 1.12.$_{27}$ ergo ego vos *rebus* duplices pro nomine sensi.
cf. praeterea e.P. 4.3.$_{25}$.

---

300. neve sui furtis hospitis *obstet, abest*. cf.:
her. 7.$_{52}$. $_{146}$. 13.$_{34}$. M. 14.$_{668}$. A. 3.3.$_{4}$. $_{32}$. 3.7.$_{52}$. 3.8.$_{14}$. 3.11.$_{36}$. D. M.26. A.a. 1.$_{285}$. $_{596}$. $_{616}$. 2.$_{638}$. 3.$_{686}$. R.A. 318. 515. 689. T. 1.1.$_{18}$. $_{29}$. $_{96}$. 1.3.$_{26}$. 1.6.$_{14}$. 1.7.$_{34}$. 1.9.$_{14}$. 1.9.$_{26}$. 2.$_{68}$. $_{254}$. 2.$_{277}$. $_{300}$. 3.4.$_{72}$. 3.5.$_{2}$. 3.6.$_{22}$. 3.7.$_{5}$. $_{69}$. 3.14.$_{4}$. $_{40}$. 4.1.$_{86}$. 4.3.$_{20}$. 4.3.$_{22}$. 4.10.$_{66}$. 5.1.$_{78}$. 5.2.$_{17}$. $_{54}$. e.P. 1.1.$_{74}$. 1.3.$_{14}$. $_{62}$. $_{72}$. 1.4.$_{4}$. 2.2.$_{56}$. $_{58}$. 3.8.$_{18}$.

---

301. non habuit tempus, quo Cresia regna videret aptius; cf. quae sunt eadem de re:

R.A. 773 quid Menelae doles? ibas sine coniuge Creten,
et poteras nupta lentus abesse tua.

301. pro *videret* exspectamus *viseret; videre* autem pro *visere* nusquam apud Ovidium scriptum videmus.

---

303. esset et Idaei mando tibi', dixit iturus,
,curam pro nobis hospitis, uxor, agas.'

esset et] *risit et* Bentleius, quod mihi non quadrare videtur ad ceteros Menelai mores; *restat ut:* Merkelius; longius repetitum; *cessit et:* Rieseus; non quadrat ad iturus; *excidit:* Palmer: longius repetitum videtur; *ecce et ut,* vel: *en et ut:* L. Mueller: iam magis arridet; sed unum placet: *haesit et,* quam Heinsii coniecturam Birtius repetivit et praeclarissime defendit ex $17._{159}$: cum dubitaret an iret.

---

304. *curam* pro nobis hospitis uxor *agas.* cf.:

A. $3._{424}$ et *curam* tota mente decoris *agat.*

T. $5.7._{87}$ nec tamen, ut lauder, vigilo, *curam*que futuri
nominis, utilius quod latuisset, *ago.*

---

305. neglegis absentis, *testor* mandata mariti:

testatur hic Paris de re, quae ad ipsum attinet, quod Ovidius quoque facit in A.a. $2._{599}$ en, iterum testor; nihil hic nisi lege remissum luditur.

---

307. huncine tu speras hominem sine pectore dotes
posse satis formae, Tyndari, nosse tuae.

homo sine pectore] cf.:

A. $3.7._{49}$ quo mihi fortunae tantum? quo *regna sine usu.*

A. $3.3._{19}$ non satis est, quod vos habui *sine pondere testes.*

F. $2._{845}$ illa iacens ad verba *oculos sine lumine* movit.

M. $1._{26}$ ignea convexi vis et *sine pondere* caeli.

M. 1.$_{108}$. 6.$_{104}$. 7.$_{880}$. 13.$_{290}$. A. 1.3.$_{13}$. 1.7.$_{51}$. e.P. 3.3.$_{40}$. F. 1.$_{111}$. 4.$_{385}$. cf. Eschenb. p. 8.

---

308. posse satis formae, Tyndari, *nosse* tuae. cf.:
e.P. 1.7.$_{54}$ non est cur tua me ianua *nosse* neget.
A.a. 1.$_{351}$ sed prius ancillam captandae *nosse* puellae.

cf. praeterea e.P. 3.4.$_{109}$. — *Tyndari]* cf. quae adnotavi ad v. 100.

---

309. falleris: ignorat. nec, si bona magna putaret,
quae tenet, externo crederet illa viro.

bonum] nomen substantivum. cf.: M. 2.$_{96}$. A.a. 2.$_{693}$. A. 2.5.$_{32}$.

---

312. cogimur ipsius *commoditate* frui. cf.:
316. utere mandantis *simplicitate* viri.
17.$_{177}$ tempora ne pereant ultro data, praecipis, utque
simplicis utamur *commoditate* viri.
A. 3.14.$_{30}$ et liceat stulta *credulitate* frui.
A.a. 2.$_{371}$ Helenen ego crimine solvo:
usa est humani *commoditate* viri.

In 16.$_{312}$. $_{316}$. 17.$_{178}$. poetam A. 3.14.$_{30}$. A.a. 2.$_{371}$ quam maxime imitatum esse plane manifestum est. cf. praeterea Eschenb. p. 24.

---

315. paene suis ad te manibus deducit amantem.

deducit] cf.:
A. 2.18.$_{17}$ hinc quoque me dominae numen deduxit iniquae.
M. 2.$_{96}$ ad altos deducit iuvenem, Vulcania munera, currus.

sed expectamus in v. 315 pro *deducit, deduxit;* nam non *deducit* Menelaos amantem sed iam *deduxit* ad Helenam. *amantem*] cf. quae adnotavi ad v. 163.

---

316. utere *mandantis* simplicitate viri.

mandantis] absolute positum; cf.:
her. 13.$_{13}$ linguaque *mandantis* verba imperfecta reliquit.

---

317. sola iaces viduo tam longa nocte cubili:
in viduo iaceo solus et ipse toro.

cf. quae sunt eadem de re.

A.a. 2.$_{369}$ et adest non rusticus hospes,
et timet in vacuo sola iacere toro (sc. Helene).

sed multo rectius scribit Ovidius A.a. 2.$_{370}$ *in vacuo toro* quam hic poeta *viduo cubili;* nam *vacuum* quidem est Helenes cubile non *viduum.*

---

320. candidior medio nox erit illa die.

candidior die] tantummodo hic legimus et in epistulae Sapphus v. 124:
somnia formoso candidiora die.

nusquam apud Ovidium ipsum. ad 15.$_{124}$ autem cf. de Vries.

320. candidior *medio* nox erit illa *die.* cf.:

A.a. 3.$_{723}$ iamque *dies medius.*

M. 10.$_{126}$ aestus erat *medius*que *dies.*

F. 2.$_{164}$ aut plus aut *medium* sole tenente *diem.*

F. 4.$_{762}$ nec Faunum, medio cum premit arva *die.* cf. quoque M. 15.$_{310}$.

---

321. tunc ego iurabo quaevis tibi numina meque.

iurabo tibi] cf. R.A. 303 sic mihi iuravit.

e.P. 1.9.$_{33}$ huc quoque venturum mihi se iurare solebat.

iurabo quaevis numina] iurare aliquem. hic solum et in her. 21.$_{2}$, quae ipsa est suspecta:
iuraret ne quos inscia lingua deos.

omnibus reliquis locis legimus iurare *per* aliquem. cf.: M. 3.$_{638}$. e.P. 3.3.$_{68}$. her. 3.$_{106\cdot 108\cdot 105}$. 13.$_{62}$. T. 5.4.$_{45}$. F. 2.$_{842}$. M. 9.$_{371}$. 3.$_{101}$. 13.$_{558}$. A. 2.7.$_{27}$. multa alia.

---

324. *efficiam* praesens, ut mea regna petas.

cf. her. 14.$_{18}$ non tamen, ut dicant morientia »paenitet« ora *efficiet.*

F. $6._{698}$ ut daret *effeci* tibia longa sonos.
e.P. $2.3._{58}$ et bene uti pugnes, bene pugnans *efficit* hostis.
e.P. $2.2._{24}$ non tamen *efficies,* ut timeare mihi.
M. $13._{64}$ haud tamen *efficiet,* desertum ut Nestora crimen esse rear nullum.

---

325. *si pudet et metuis.* cf.:
285 *an pudet et metuis;*
hic poetam versum eisdem fere verbis ineuntem fecisse ac versum 285 huiusce epistulae displicet; nam quod Ovidius saepius versus inter se cohaerentes vel alium alium deinceps sequentes iisdem fere verbis ineuntes facit, certe est, cur id faciat; sed quod hic poeta v. 325 eisdem verbis ineuntem facit ac v. 285 quadraginta versibus interiectis, plane reprehendendus est, nam ingenii sterilis id esse videtur.

325. *videare]* de forma huiusce verbi cf. quae adnotavi ad v. 272.

---

326. ipse reus sine te criminis huius *ero.*
ero hic idem significat, quod *putabor*, quo sensu nusquam Ovidius *esse* coniungit cum *reus,* sed Ov. dicere solet: *reum agi,* cf.:
M. $15._{36}$ spretarumque agitur legum reus.
T. $1.8._{46}$ duritiaeque mihi non agerere reus.
T. $3.11._{2}$ meque reum dempto fine cruentus agas. cf. praeterea T. $1.1._{24}$.
deinde pro tempore futuro exspectamus coniunct. praesentis, ita ut magis mihi placeat *agar,* quod exhibet cod. o; sed tantum abest, ut textus huiusce epistulae e lectionibus cordicis o restitui possit, ut potius dicendus sit codex o ab eo homine scriptus, qui iam intellexerit, quae essent in hac epistula aliena ab usu Ovidiano, et qui lectionem vulgatam emendare voluerit; nam plerumque, quod iam supra dixi, ubi exhibent optimi codices aliquid alienum ab Ovidio, cod. o. id exhibet, quod exspectamus, et id Ovidianum.

---

327. nam *sequar* Aegidae *factum:*

sequar factum] nusquam apud Ovidium legimus *factum* alicuius *sequi;* magis igitur placeret mihi, nisi prava esset elisio, si pro *factum* traditum esset *exemplum;* nam cf. cum alia tum M. 9.$_{555}$:
credimus et *sequimur* magnorum *exempla* deorum.

327. nam sequar *Aegidae* . . . cf.:
her. 4.$_{59}$ perfidus *Aegides* . . .
M. 12.$_{237}$ sustulit *Aegides* . . .
M. 8.$_{405}$ cum procul *Aegides* . . .
e.P. 2.6.$_{26}$ non haec *Aegidae* . . .

---

328. exemplo tangi non propriore potes.

exemplo tangi] hic solum; sed conferendum videtur: her. 12.$_{191}$ imagine tangor, M. 10.$_{614}$ forma tangor, A.a. 3.$_{682}$ tangi amore, F. 5.$_{653}$ tanguntur amore, e.P. 1.10.$_{31}$ tangor amore, T. 1.1.$_{53}$ tangebar amore.

---

329. *Leucippidas*] hic solum;

---

330. quartus *in exemplis adnumerabor* ego. cf.:
T. 5.4.$_{20}$ se quoque *in exemplis adnumerare* solet.

---

332. iam facient celeres remus et aura vias.

iam facient] iam c. fut. ita positum quasi interiectum esset »nam id mihi constat« cf.:
her. 2.$_{88}$ iam mihi, iam dicar consuluisse meis.
her. 7.$_{49}$ iam venti ponent strataque aequaliter unda.
her. 7.$_{188}$ qui iam pro lacrimis sanguine tinctus erit.
her. 7.$_{194}$ iam dabis in cineres ultima dona meos. permulta alia.

332. *aura*] = ventus secundus; cf :
her. 7.$_{178}$ cum dabit aura viam, praebebis carbasa ventis.

332. iam facient *celeres* remus et aura *vias*. cf.:
T. 4.2.$_{60}$ in caelum *celeri* pervenit illa *via*.

---

333. ibis Dardanias *ingens·regina* per urbes. cf.:
e.P. 2.8.$_{43}$ tu quoque, conveniens *ingenti* nupta *marito.*
M. 11.$_{265}$ et potitur votis *ingenti*que implet *Achille.*
M. 15.$_{688}$ *Epidaurius ingens.*
M. 15.$_{276}$ redditur Argolicis *ingens Erasinus* in arvis.
F. 5.$_{89}$ Arcades hunc, Ladonque rapax et *Maenalus ingens.*
F. 4.$_{895}$ vota valent meliora. cadit *Mezentius ingens.*

---

335. quaque *feres gressus.* cf.:
M. 6.$_{275}$ et mediam *tulerat gressus* resupina per urbem.
F. 4.$_{488}$ vox erat: hac *gressus* ecqua puella *tulit.*
335. *cinnama*] cf.:
M. 15.$_{399}$ quassaque cum fulva substravit *cinnama* murra.
M. 10.$_{308}$ *cinnama*que costumque suum sudataque ligno tura ferat.
F. 3.$_{731}$ *cinnama* tu primus captivaque tura dedisti.

---

336. caesaque sanguineam victima *planget humum.* cf.:
F. 1.$_{578}$ et lato moriens pectore *plangit humum.*
F. 4.$_{896}$ atque indignanti pectore *plangit humum.*
336. *sanguineam humum]* id est, ut sanguinea fiat humus; cf. exempli gratia
M. 2.$_{57}$ tristia sanguinea lambentem vulnera lingua.
M. 1.$_{143}$ sanguineaque manu crepitantia concutit arma. cf. praeterea M. 3.$_{125}$.

---

ad. v. **337** cf. 17.$_{228}$.

---

339. ei mihi, pars a me vix dicitur ulla futuri.
pars futuri] hic solum! *ulla*] male pro *vix aliqua, vix minima.* — *dicitur]* = narratur sive affertur; cf.:
her. 12.$_{41}$ dicitur interea tibi lex. A.a. 3.$_{375}$ crimina dicuntur.
M. 14.$_{301}$ verbaque dicuntur dictis contraria verbis.

---

341. nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur
concitet et vires Graecia magna suas.

quae conferantur, hic digna videntur, quae scribit Oenone Paridi

her. $5._{89}$ denique tutus amor meus est tibi: nulla parantur
bella nec ultrices advehit unda rates.
Tyndaris infestis fugitiva reposcitur armis.

341. *nec time]* cf. quae ad v. 11 adnotavi.

---

342. *Graecia magna]* hic solum; cf. contra eodem versus loco *Graecia tota:*

R.A. 164 transtulerat vires *Graecia tota* suas.
R.A. 468 cuius in arbitrio *Graecia tota* fuit.

Graecia tota exhibet quoque cod. o, de quo suspecto habendo iam supra dixi.

---

343. *ecqua*] cf. F. $4._{488}$. A. $3.1._{15}$. e.P. $4.10._{3}$. $3.1._{3}$. M. $12._{589}$.

---

345. nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces.

nomine Aquilonis] cf.:

R.A. 640 suppliciter *dominae nomine* dicat have.

---

346. et tuta a bello Bistonis ora fuit.

Bistonis ora] hic solum, sed conferendum videtur

e.P. $2.9._{54}$ *Bistonis* ingenio *terra* superba tuo est.

---

347. *Phasida*] cf.:

F. $2._{41}$ vectam frenatis per inane draconibus Aegeus
credulus immerita *Phasida* iuvit ope.

347. Phasida puppe nova vexit *Pagasaeus Iason.* cf.:

F. $1._{491}$ passus idem Tydeus et idem *Pagasaeus Iason.*
M. $8._{349}$ longius it; auctor teli *Pagasaeus Iason.*

---

348. laesa neque est *Colcha* Thessala terra manu. cf.:
e.P. 1.3.$_{76}$ quo duce trabs *Colcha* sacra cucurrit aqua.
F. 3.$_{876}$ pervenit in *Colchas* aurea lana domos.
M. 7.$_{384}$ sed postquam *Colchis* arsit nova nupta venenis.
cf. praeterea M. 13.$_{24}$. her. 6.$_{131}$.

348. *Thessala terra*] cf. M. 7.$_{222}$ Thessala Tempe.

---

349. te quoque qui rapuit, rapuit *Minoïda Theseus*. cf.:
A.a. 1.$_{509}$ forma viros neglecta decet. *Minoïda Theseus* abstulit, a nulla tempora comptus acu.

---

350. nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat:

quo in versu nonnulla sunt, quae offendant: primum pro *nulla* exspectamus *non,* nam *nulla ad arma vocat* pro *non ad arma vocat* exemplis ex Ovidio sumptis defendere non possum; deinde *Cretas* hic solum invenimus; nam huiusce verbi exstant apud Ovidium solum casus genetivus Cretum F. 1.$_{594}$ et casus nominativus Cretes A. 3.10.$_{19}$; denique displicet *vocat,* exspectamus *vocavit;* nam cum poeta in v. 346 scripserit *tuta fuit* et in v. 348 *laesa est*, non erat, cur hic non scriberet *vocavit;* tria illa disticha illustrant v. 343: tot prius abductis ecqua est repetita per arma? — et inter se quam simillima sunt; optimo iure igitur, cum in ceteris versibus adhibuerit poeta tempus perfectum, hic quoque *vocavit* pro *vocat* postulamus.

---

351. terror in *his* ipso maior solet esse periclo.

in his] = in rebus eius modi; cf.:
her. 1.$_{75}$ *haec* ego dum stulte metuo.

---

352. *quaque libet*] hic solum.

---

353. finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum.

consurgere bellum] hic solum.

---

356. illa viris dives, dives abundat equis.

dives abundat] hic solum; pleonasmus, cuius et haec et insequentes epistulae, quod iam supra commemoravi, nimis multa exhibent exempla prae ceteris Ovidii scriptis.

---

357. nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
quam Paris, aut armis anteferendus erit.

Atrides Menelaus] hic solum; neque intellegi potest, cur hic *Menelaum* poeta nominaverit *Atriden;* nam si scripsit poeta *Atriden Menelaum,* quo potentiorem eum videri faceret, at certe Paris quoque hic epitheto eiusmodi erat ornandus; quod cum non faceret poeta, *Menelaus* quoque non *Atrides* erat appellandus.

---

358. *Paris*] cf. quae adnotavi ad v. 163.

358. quam Paris, aut armis *anteferendus erit.* cf.:
206 iudice te, nobis *anteferendus erit.*

primum certe poeta non est laudandus, quod sine ulla causa duos versus in eadem epistula eodem modo exeuntes fecerit; deinde hisce solis locis adhibetur vox *anteferendi*, ceteris locis legimus plerumque *praeferre;* denique nusquam apud Ovidium exemplum huiusce structurae (arm*is* anteferendus) verbi anteferendi inveni. de »anteferendus erit« cf. Eschenb. p. 33.

---

359. paene puer caesis abducta armenta *recepi.* cf.:
e.P. 4.9.$_{79}$ hic raptam Trosmin celeri virtute *recepit.*
F. 4.$_{615}$ tum demum vultumque Ceres animumque *recepit.*
M. 5.$_{275}$ vertitur, et nondum tota me mente *recepi.*
M. 15.$_{535}$ atque ope Paeonia, Dite indignante, *recepi.*

---

360. *causam nominis*] cf.:
F. 6.$_{139}$ sed nominis huius
causa, quod horrenda stridere nocte solent.
F. 6.$_{800}$ causaque par Grai nominis esse potest.
F. 5.$_{449}$ accipe causam nominis.

---

361. paene puer iuvenes vario certamine vici,
in quibus Ilioneus *Deïphobusque* fuit.

cf. contra her. 5.$_{94}$, ubi dicit Oenone:

quae si sit Danais reddenda, vel Hectora fratrem
vel cum *Deïphobo* Polydamanta roga.

nam hic certe Oenone dicere vult Deiphobum Paride esse fortiorem; sed concedo id paene nullius esse momenti; nam noster versus ita defendi potest, ut dicamus Paridi mentiri licuisse, quo firmiorem redderet Helenes animum; sed dignum habui illum versum, quem hic conferrem; nam in insequentibus quoque versibus poeta versus illius epistulae ante oculos habuisse et ex iis nonnulla sumpsisse et ea quidem paululum mutata videtur.

---

364. figitur in iusso nostra sagitta loco.

in loco] cf.:

her. 11.$_{86}$ iusserat, *in* solis destituique *locis.*
e.P. 1.3.$_{78}$ poneret ut muros *in meliore loco.*
e.P. 4.15.$_{22}$ remque tuam ponas *in meliore loco.*
T. 5.8.$_{16}$ et manet *in* nullo certa tenaxque *loco.*
e.P. 4.8.$_{85}$ ut ponar *in illo*,
qui minus Ausonia distat ab urbe, *loco.*

in *iusso loco*] cf.:

F. 2.$_{388}$ flent tamen, et geminos in *loca iussa* ferunt.
T. 1.2.$_{62}$ hanc sinite infelix in *loca iussa* feram.
T. 4.1.$_{19}$ me quoque Musa levat Ponti *loca iussa* tenentem.

---

365. non potes haec illi primae dare facta *iuventae.*

cf.: M. 15.$_{209}$ excipit autumnus, posito fervore *iuventae.*
M. 15.$_{225}$ inde valens veloxque fuit, spatiumque *iuventae.*
M. 6.$_{719}$ ergo ubi concessit tempus puerile *iuventae.*
A.a. 2.$_{698}$ haec bona non primae tribuit natura *iuventae.*

---

367. omnia si dederis, numquid dabis Hectora fratrem.
unus is innumeri militis instar erit.

cf. quae item sunt in laudem Hectoris her. 5.$_{93}$:
vel Hectora fratrem, vel cum Deiphobo Polydamanta roga.
her. 13.$_{63}$ Paris Hectora dixit
ferrea sanguinea bella movere manu. cf. praeterea 17.$_{257}$.

367. omnia si dederis, || *numquid* dabis Hectora fratrem.
cf.: M. 8.$_{46}$ sed nisi bella forent, || *numquid* mihi cognitus esset.
F. 4.$_{7}$ saucius an sanus, || *numquid* tua signa reliqui? cf.: praeterea e.P. 2.9.$_{23}$.

---

368. unus is *innumeri militis* instar erit. cf.:
e.P. 1.8.$_{18}$ protinus *innumero milite* cinctus adest.
T. 5.12.$_{20}$ cinctus ab *innumero* me tenet *hoste* locus.

368. . . . . *instar erit.* cf.:
A.a. 2.$_{286}$ forsitan exigui muneris *instar erit.*
T. 5.2.$_{22}$ parsque meae poenae totius *instar erit.* cf. quoque T. 3.4.$_{67}$. M. 14.$_{124}$.

---

369. quid valeam, nescis, et te mea robora fallunt.
fallunt] = effugiunt cf.:
A.a. 2.$_{578}$ lumina *fallit* opus.
A.a. 3.$_{627}$ tuta quoque est *fallit*que oculos e lacte recenti littera.
M. 4.$_{177}$ retiaque et laqueos, quae lumina *fallere* possunt.
M. 6.$_{66}$ transitus ipse tamen spectantia lumina *fallit.*

---

371. repet*ere*] cf. her. 2.$_{145}$ inscribere, her. 7.$_{64}$ ferēre.

---

372. Marte meo] cf.:
her. 3.$_{45}$ diruta *marte tuo* Lyrnesia moenia vidi.
her. 7.$_{156}$ unde *suo* partus *marte* triumphus eat.
R.A. 469 *marte suo* captam Chryseida victor habebat.
M. 3.$_{123}$ *suoque marte* cadunt subiti per mutua vulnera fratres.

372. *Dorica]* hic solum inveni.

---

373. *sumere ferrum]* hic solum; sed cf.:
F. 2.$_{198}$ *sumunt* gentiles *arma* professa manus.
e.P. 2.9.$_{56}$ *arma sumere* et hostili tinguere caede manum.
A.a. 3.$_{492}$ *arma*que in armatos *sumere* iura sinunt.
M. 2.$_{414}$ et modo leve manu *iaculum* modo *sumpserat arcum*.

373. *tanta* coniuge] cf.: M. 3.$_{133}$ coniuge *tanta*, e.P. 4.5.$_{22}$ *tanto* consule. F. 2.$_{586}$. 4.$_{68}$ *tanto* deo, T. 2.$_{242}$ *tanto* principe, M. 15.$_{2}$ *tanto* regi.

---

374. *certamen movent]* hic solum; sed cf.:
her. 13.$_{64}$ ferrea sanguinea *bella movere* manu.
A. 2.6.$_{25}$ non tu fera *bella movebas*.
A. 2.12.$_{21}$ femina Troianos iterum nova *bella movere*.
M. 9.$_{404}$ *bella movent*, M. 12.$_{621}$ *bella movet* clipeus.

---

375. orbis] = ii qui orbem incolunt cf.: T. 2.$_{513}$; A.a. 1.$_{177}$; F. 4.$_{861}$; T. 3.7.$_{512}$; A.a. 3.$_{114}$; F. 4.$_{256}$; A. 1.15.$_{26}$.

---

376. *aeterna posteritate]* hic solum; cf. contra:
T. 4.9.$_{26}$ *perpetuae* crimen *posteritatis* eris.

---

777. spe modo non timida dis hinc egressa secundis:
displicet hic asyndeton, quod vocamus, quod plus in hac epistula inveniri, quam est ex usu Ovidiano, iam in proemio diximus.

---

378. *exige munera pacta*] hic solum. — *munera pacta*] quae sint munera illa *pacta* plane ignoramus; aut erant nominatim afferenda illa munera, aut scribere debebat poeta *quaevis* munera vel verbum simile aliquid significans.

plena fide] hic solum; cf. contra: fides certa T. 4.3.$_{14}$. e.P. 4.3.$_{50}$; fides pacta her. 6 $_{41}$. M. 11.$_{135}$. F. 3.$_{485}$; fides pia T. 5.14.$_{20}$. e.P. 3.2.$_{98}$; fides pura A. 1.3.$_{6}$. e.P. 4.10.$_{82}$; vera fides A. 2.3.$_{38}$. F. 3.$_{662}$. T. 4.1.$_{66}$. e.P. 3.7.$_{24}$.

vv. 377. 378 mibi non recte finem facere videntur huius epistulae; nam adhuc Paris precibus solum adit Helenen, nihil iam assecutus est; quam ob rem in exeunte epistula orare atque obsecrare debebat Helenen, ut sibi obsequeretur; sed adeo nihil eiusmodi facit, ut exeat epistula, quasi Paris — id quod tota epistula impetrare studet — iam ab Helene esset exauditus et quasi iam ageretur solum de fuga instituenda; quae clausula quam maxime aliena est ab usu Ovidiano; nam in ceteris epistulis 1—14 semper in extrema parte aut res, de qua agitur, breviter colligitur aut amans sive blandis sive minacibus verbis sive animi desperationem sive aliud aliquid simulans amatum virum commovere studet, ut sibi obsequatur.

XVII.

Initium huiusce epistulae excidisse contendit Vahlenus (Abhdlg. der Berl. Akad. 1881) et eum Sedlmayer secutus est; sed equidem nihil desidero et optime mihi incipere videtur epistula:

nunc oculos tua cum violarit epistula nostros.

Nam quamquam concedo non ex usu Ovidii esse ita, ut haec incipit epistula, incipientes facere epistulas, at certe clausula quoque ep. 16 non est ex usu Ovidii; concedo igitur et clausulam antecedentis epistulae et hoc initium aliena esse ab Ovidio, sed ita certe inter se cohaerent, ut facillime initium huius epistulae ex clausula prioris declarari possit. Paris igitur in exeunte epistula orare atque obsecrare debebat Helenen, ut se exaudiret (cf. quae ad $16._{377}$ adnotavi), sed adeo non id facit, ut ita loquatur, quasi iam diu sit exauditus; mirum igitur est Helenen Paridi irasci? minime. Nam quamquam iam diu Paridem amavit, tamen ut femina certe orari atque obsecrari se voluit et indignabatur, quod Paris ita loqueretur, quasi iam sibi persuasum haberet Helenen sibi obsecuturam esse; qua igitur erat arrogantia Helene, magnopere erat laesa et propterea graviter irascebatur Paridi; quem animi motum recte mihi intellexisse videtur poeta, qui epistulas illas scripsit; nam propter totam Paridis epistulam Helenen non succensuisse iam ex eo intellegitur, quod re vera Paridi obsequitur; superbia est laesa et propterea irascitur. sed superbia laesae est veram irae causam non afferre sed fictam; quod idem hic facit Helene; sed conferenti clausulam prioris epistulae et huius initium plane vera causa apparebit, praesertim cum ex tota Helenes epistula intellegatur eius ipsius causam esse fictam. Qua autem est ira inflammata, recte incipit epistulam; nam ne nostris quidem temporibus quisquam

reprehenderet, si feminae legeret epistulam ita incipientem: Mein Herr, jetzt, da Ihr Brief mich beleidigt hat, darf ich nicht schweigen. Sie haben es gewagt . . . — Concedo igitur initium huius epistulae non ex Ovidii usu esse, sed excidisse ulli versus non videntur.

---

3. *oculos violare]* hic solum.

---

5. ausus es hospitii *temeratis* advena sacris.
temerare] cf.:
her. $5._{101}$ ut minor Atrides *temerati* foedera lect.
her. $14._{17}$ cor pavet admonitu *temeratae* sanguine noctis.
M. $9._{627}$ et scripsi et petii: *temerata* est nostra voluntas.
M. $10._{695}$ hunc init, et vetito *temerat* sacraria probro.
cf. praeterea M. $2._{592}$. A.a. $1._{743}$: A. $1.8._{19}$. F. $6._{457}$.

---

7. *scilicet* idcirco ventosa per aequora vectum. cf.:
M. $13._{288}$ *scilicet* idcirco pro gnato caerula mater.
her. $11._{18}$ *scilicet* est aliquid, cum saevis vivere ventis.
A. $3.11._{8}$ *scilicet* adserui iam me, fugique catenas.
A. $3.11._{19}$ *scilicet* et populo per me comitata placebas.
A.a. $3._{716}$ *scilicet*, atque oculis probra videnda tuis.
M. $2._{471}$ *scilicet* hoc etiam restabat, adultera dixit.

---

8. *Taenaris ora*] hic solum; cf. quae adnotavi ad $16._{30}$.

---

9. nec tibi, diversa quamvis e gente venires.
quamvis] cf. quae adnotavi ad $16._{104}$.

---

10. *oppositas habuit* regia nostra fores. cf.:
her. $4._{82}$ ora ferox in se *versa* lacertus *habet*.
her. $8._{114}$ et mihi *pollutas* credor *habere* manus.
her. $13._{66}$ *signatum* memori pectore nomen *habe*.

---

15. rustica sim sane, dum non oblita pudoris.
dum non] hic solum; cf. contra
her. $3._{81}$ vel patiare licet, dum ne contempta relinquar.

---

16. dumque *tenor vitae* sit sine labe meae.

tenor vitae] hic solum; sed cf.:

her. $7._{113}$ durat in extremum, vitaeque novissima nostrae.
prosequitur *fati,* qui fuit ante, *tenor.*

---

17. si non est ficto tristis mihi vultus in ore,
nec sedeo duris torva superciliis.

ficto ore] hic solum; sed cf.: M. $4._{319}$ et *finxit vultum.* M. $9._{54}$ si qua fides — neque enim *ficta* mihi gloria *voce* quaeritur.

---

18. torva] cf.:

F. $1._{504}$ continuitque manum *torva* regentis iter.
A.a. $2._{309}$ ut fuerit *torva* violentior illa Medusa.
her. $2._{69}$ *torvus*que Procrustes.

18. *duris superciliis*] hic solum; cf. contra:

T. $2._{309}$ saepe *supercilii* nudas matrona *severi.*

sed cf. quoque: duris vultibus e.P. $3.1._{160}$; durus pes A. $1.4._{44}$. M. $2._{853}$. F. $4._{663}$; duri digiti her. $9._{79}$; dura auris e.P. $2.8._{44}$; durae manus A.a. $2._{568}$. F. $3._{782}$. T. $3.11._{64}$; durum collum her. $9._{71}$. $12._{39}$; durum os A. $1.12._{24}$. A.a. $3._{583}$. M. $5._{451}$. $12._{300}$. e.P. $1.1._{80}$; durum pectus M. $14._{758}$; dura genua M. $12._{140}$; dura pectora M. $14._{693}$; dura praecordia M. $7._{559}$. e.P. $4.12._{37}$; dura terga e.P. $1.2._{82}$.

---

19. fama tamen clara est, et adhuc sine crimine lusi.

fama clara] hic solum.

---

20. et laudem de me nullus adulter habet.

laudem habere de aliquo] hic solum.

---

21. quo magis *admiror,* quae sit fiducia coepti. cf.:

e.P. $2.3._{21}$ quo magis *admiror,* non, ut torrentibus undis,
communis vitii te quoque labe trahi.

M. $13._{807}$ neve in me stolidae convicia fundere linguae
admiremur eum.

M. $2._{208}$ inferiusque suis fraternos currere Luna
admiratur equos.

M. $13._{915}$ *admiratur*
ultimaque excipiat quod tortilis inguina piscis.

videmus igitur saepius coniungere Ovidium *admirari* aut cum constructione acc. c. inf., quam vocamus, aut cum *quod;* nusquam autem inveni apud Ovidium sententiam interrogativam pendentem ex *admirari.*

21. *coepti]* nomen subst. cf.:

e.P. $2.5._{30}$ nec potui *coepti* pondera ferre mei.

M. $9._{615}$ nec taedia *coepti* ulla mei capiam.

A.a. 2.38 da veniam *coepto* Juppiter alte meo.

cf. praeterea F. $6._{798}$. A.a. $1._{30}$. R.A. 704. F. $1._{652}$. e.P. $3.1._{159}$. M. $7._{194}$. $8._{200}$. $9._{485}$. e.P. $3.1._{139}$. M. $9._{618}$. F. $4._{784}$. e.P. $2.7._{84}$. M. $8._{492}$.

---

22. spem dederit] cf.:

her. $7._{110}$ *spem* mihi mansuri rite *dedere* viri.

A. $2.4._{14}$ *spemque dat* in molli mobilis esse toro.

M. $14._{31}$ et, si *spem dederis,* mihi crede, rogaberis ultro.

F. $2._{466}$ *spemque dabant* salices, hos quoque posse tegi.

T. $2._{154}$ et *spem* placandi *dantque* negantque tui.

e.P. $2.3._{68}$ et laesum flecti *spem dare* posse deum.

---

23. an, quia vim nobis *Neptunius* attulit *heros.* cf.:

her. $4._{109}$ tempore abest — aberitque diu *Neptunius heros.*

M. $9._{1}$ quae gemitus truncaeque deo *Neptunius heros.*

ad v. 23 cf. $16._{149}$.

vim afferre alicui] cf. A.a. $1._{679}$: vis est allata sorori.

---

25. crimen *erat* nostrum, si delinita *fuissem.* cf.:

A. $1.6._{34}$ solus *eram,* si non saevus *adesset* Amor.

her. $8._{28}$ et, si non *esses* vir mihi, frater *eras.* cf. praeterea M. $2._{829}$.

25. *delinita fuissem*] pro delinita essem.

cf. M. 1.$_{358}$ quis tibi, si sine me fatis *erepta fuisses*
nunc animus, miseranda, foret.
M. 2.$_{629}$ nec conata loqui est, nec, si *conata fuisset*
vocis habebat iter.
T. 1.6.$_{21}$ tu si Maeonium vatem *sortita fuisses,*
Penelopes esset fama secunda tuae.
M. 4.$_{683}$ celasset vultus, si non *religata fuisset.*
M. 15.$_{523}$ stipitis occursu fracta ac *disiecta fuisset.*
T. 3.3.$_{33}$ vel poena in tempus mortis *dilata fuisset.*
T. 5.5.$_{41}$ haec igitur lux est, quae si non *orta fuisset.*
e.P. 4.7.$_{13}$ atque utinam pars haec tantum *spectata fuisset.*
F. 4.$_{609}$ haud secus indoluit, quam si modo *rapta fuisset.*

ceterum *delenita:* sat obscurum; exspectabatur: si volens abiissem.

---

27. non tamen e facto fructum tulit ille petitum.

fructum tulit e] hic solum; cf. contra:

e.P. 4.2.$_{31}$ sive quod hinc *fructus* adeo non *cepimus* ullos.
her. 12.$_{176}$ et nostri *fructus* illa laboris *habet.*

sed conferendum quoque videtur

A.a. 2.$_{513}$ vincet et *e* nostra, quod petet, arte *feret.*

---

28. *excepto* redii passa timore nihil. cf.:

T. 3.6.$_{12}$ *excepto* quod me perdidit, unus eras.
e.P. 4.14.$_{54}$ *exceptis,* si qui munera legis habent.
e.P. 1.2.$_{136}$ *exceptis*, domino qui nocuere suo.
T. 3.1.$_{65}$ quaerebam fratres, *exceptis* scilicet illis.
T. 3.7.$_{44}$ pectoris *exceptis* ingeniique bonis.
e.P. 2.2.$_{106}$ artibus *exceptis,* saepe probator eras.
e.P. 1.7.$_{6}$ me tamen *excepto,* qui precor esse tuus.

sed ille Helenae versus nimis contortus multoque peior quam hi Ovidiani.

---

29. luctanti] cf. quae adnotavi ad 16.$_{163}$.

---

31. quae tua nequitia est, non his contenta fuisset.
nequitia contenta] hic solum.
cf. contra *mens contenta* M. 15.$_{515}$.
Bentleius scribere volebat pro *contenta fuisset: contentus abisses;* sed illud *nequitia contenta* non codicum scriptoribus sed Ovidii imitatori vitio tribuendum puto, qui M. 15.$_{515}$ adductus est, ut illud *nequitia contenta* scriberet.

---

35. Thesea *paenituit,* Paris ut *succederet* illi,
ne quando nomen non *sit* in ore meum?
cf. her. 8.$_{81}$ *ne* non Pelopeia *credar,*
ecce Neoptolemo praeda parata *fui.*

---

36. ne quando nomen non *sit in ore* meum. cf.:
F. 6.$_{528}$ *est*que frequens, Ino, nomen *in ore* tuum.
cf. praeterea
her. 2.$_{32}$ quique *erat* in *falso* plurimus *ore* deus.
M. 11.$_{562}$ sed plurima *nantis in ore.*
T. 4.1.$_{68}$ illum, qui *populi* semper *in ore* fuit.
e.P. 2.6.$_{34}$ carmen, *in ore* frequens *posteritatis eris.*
e.P. 3.5.$_{44}$ nunc quoque Nasonis nomen *in ore tuo* est.

---

37. *irascor]* absolute positum;
ad 37 *nec* tamen *irascor,* — quis *enim* succenset amanti.
cf.: T. 1.9.$_{25}$ *nec* solet *irasci* — neque *enim* moderatior alter.

---

39. *hoc* quoque enim *dubito.* cf.: T. 2.$_{331}$ forsan — et *hoc dubitem.*

---

40. *bene nota*] cf.: bene noscere A. 1.2.$_{43}$ e.P. 1.6.$_{4}$ 3.2.$_{43}$ A. 2.18.$_{39}$ A.a. 3.$_{51}$ T. 5.4.$_{50}$ e.P. 2.3.$_{49}$ T. 5.$_{686}$.
non bene] cf.: M. 1.$_{9}$ T. 3.12.$_{8}$ 2.$_{203}$ A. 1.10.$_{37}$. cf. praeterea:
bene cautus her. 1.$_{44}$; bene cultus A.a. 1.$_{511}$; bene iunctus her. 13.$_{117}$; bene nupta her. 5.$_{107}$ 9.$_{27}$.

---

41. sed quia credulitas damno solet esse puellis
verbaque dicuntur vestra carere fide.

in v. 42 valde displicet mihi *dicuntur;* nam cum in v. antecedente Helene dixerit credulitatem *solere* puellis damno esse, hic quoque exspectamus verbum simile aliquid significans; nam verbis mutatis v. 42 idem docet ac versus 41; confirmare atque affirmare debet ea, quae exhibet v. 41; quamobrem verbum affirmandi erat adhibendum non *dicuntur;* nam *dicuntur* ita non confirmat, quae in v. 41 sunt dicta, ut ea potius restringat et constringat; *dicuntur* autem poeta mihi non nisi versus explendi causa adhibuisse videtur.

---

43. at peccant aliae, *matrona*que rara pudica est.

cum Bentleio hic pro *matrona* exspecto *formosa;* nam in v. $16._{290}$, ad quem spectat hic versus, legimus:

lis est cum *forma* magna pudicitiae.

---

45. nam mea quod visa est tibi mater *idonea, cuius*
exemplo flecti me quoque posse *putes.*

sententia relativa pendens ex *idoneus;* hic solum; *idoneus* coniungere solet Ovidius cum nomine substantivo; nusquam videmus sententiam relativam pendentem ex *idoneus.* cf.:

F. $2._{543}$ putatis *idoneus auctor.* F. 5_{415} sed *idonea* nondum est *via.* her. $7._{107}$ decepit *idoneus auctor.*
M. $2._{467}$ distuleratque graves in *idonea tempora* poenas.
M. $9._{610}$ non adiit apte, nec legit *idonea,* credo, *tempora.*

ad v. 45 cf. $16._{294}$.

---

46. *exemplo flecti]* hic solum; sed cf.:
M. $14._{667}$ tu tamen *exemplo* non *tangeris.*
e.P. $3.5._{31}$ *exemplo*que meo, nisi dedignaris id ipsum, *utere.*

---

47. matris in admisso falsa sub imagine lusae
error inest: pluma tectus adulter erat.

cf. A. $1.3._{22}$ et quam fluminea lusit adulter ave.

poeta autem cum v. 47 et 48 scriberet, illos versus ante oculos videtur habuisse; nam cf.:

lusae . . . lusit; adulter . . . adulter; pluma tectus . . . fluminea ave.

---

48. error *inest*] cf.:
A.a. 1.$_{376}$ talibus admissis alea grandis *inest.*
A.a. 2.$_{14}$ casus *inest* illic.
48. *pluma*] pro *plumis* cf :
A. 2.6.$_{5}$ horrida pro maestis laniatur *pluma* capillis.
M. 2.$_{583}$ at illa *pluma* erat.
M. 14.$_{394}$ fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum, pluma fit.
sed cf. quoque
M. 6.$_{529}$ utque columba suo madefactis sanguine plumis horret.

---

49. nil ego, *si* pecc*em*, poss*um* nescisse. cf.:
her. 4.$_{102}$ *si* Venerem toll*as,* rustica silva tua *est.*
her. 2.$_{48}$ *si* de tot laesis sua numina quisque deorum vindic*et*, in poenas non satis unus *eris.*
49. nec ullus *error,* qui facti *crimen obumbret,* erit. cf.:
e.P. 3.3.$_{75}$ tu licet *erroris* sub imagine *crimen obumbres;* mira similitudo!
obumbret, erit: cf. quae adnotavi ad 16.$_{300}$.

---

51. illa bene erravit vitiumque auctore redemit. cf.:
her. 7.$_{111}$ si fuit errandum, causas habet error honestas.
her. 7.$_{107}$ da veniam culpae; decepit idoneus auctor.

Mihi quidem poeta cum vv. 48—50 scriberet her. 7.$_{108}$ et 111 ante oculos habuisse videtur; nam quod dicit Ledam nihil fecisse nisi erravisse et eam gravi auctore adductam, ea ex illis versibus videtur sumpsisse. Sed cum illa epistula et ep. 16 et ep. 17 nonnullas habere similitudines iam prioribus versibus cognosci potuit.

51. *vitium redemit*] hic solum; sed. cf.:
A. 3.3.$_{21}$ ut sua per nostram redimat periuria poenam.
51. auctor*e*] cf.:
M. 2.$_{281}$ igne perire tuo clademque auctor*e* levare.

M. 13.$_{218}$ ille potest auctor*e* suam defendere vocem.
M. 12.$_{582}$ credita res auctor*e* suo est.

---

ad v. 53 cf. 16.$_{173}$. sqq. et 16.$_{207}$ sqq.

---

54. *domus haec]* cf. quae adnotavi ad 16.$_{155}$.

---

55. Juppiter *ut taceatur]* cf quae adnotavi ad 16.$_{176}$.

---

56. Tantalidae Pelopis Tyndareique decus.

decus] cf.: e.P. 2.8.$_{25}$. M. 14.$_{833}$. F. 1.$_{415}$. M. 12.$_{612}$. T. 5.2.$_{49}$. F. 6.$_{810}$.

Tantalidae Pelopis] hic solum; sed excusari potest;. nam cum Helena dicit *Tantalidae Pelopis*, Tantalum quoque in proavis enumerat.

Tantalidae Pelopis Tyndareique decus: pentameter ex nominibus substantivis compositus; cf.:

her. 1.$_{98}$ Laertesque senex Telemachusque puer.
her. 8.$_{71}$ Castori Amyclaeo et Amyclaeo Polluci.
her. 13.$_{2}$ Haemonis Haemonio Laodamia viro.
her. 11.$_{15}$ ille Noto Zephyroque et Sithonio Aquiloni.
her. 13.$_{53}$ Ilion et Tenedos Simoisque et Xanthus et Ide.

---

58. *falsam avem]* cf.:

A. 1.10.$_{3}$ qualis erat Leda, quam plumis abditus albis
callidus in *falsa* lusit adulter *ave.* cf. praeterea
A.a. 3.$_{252}$ perque fretum *falso,* Sidoni, vecta *bove.*
T. 3.11.$_{40}$ qui *falsum* lento torruit igne *bovem.*

---

59. *i nunc* et Phrygiae late primordia gentis
cumque suo Priamum Laomedonte refer. cf.:
e.P. 1.3.$_{61}$ *i nunc* et veterum nobis exempla virorum
qui forti casum mente tulere, refer.
her. 3.$_{26}$ *i nunc*, et cupidi nomen amantis habe.
her. 4.$_{127}$ *i nunc,* sic meriti lectum reverere parentis.
her. 9.$_{105}$ *i nunc* tolle animos et fortia gesta recense.

A. 1.7.$_{35}$ *i nunc* magnificos victor molire triumphos.
A.a. 2.$_{222}$ *i nunc* et dubita ferre, quod ille tulit.
A.a. 2.$_{695}$ *i nunc* claude fores, custos odiose puellae. cf. quoque Eschenb. p. 3.

---

61. quos ego *suspicio*] *suspicere* = magni aestimare; hic solum.

sed qui tibi gloria magna est
quintus, is *a nostro nomine primus erit.* cf.:
her. 8.$_{48}$ si medios numeres, *a Iove quintus eris.*
M. 13.$_{28}$ sic *ab Iove tertius* Aiax.

---

62. *erit*] futurum pro coniunctivo: ita Martial. 14,191: Hic erit = est vel esto. Horatius in arte poet. 42: Haec virtus erit.

---

63. sceptra tuae quamvis rear esse potentia terrae.
sceptra potentia] hic solum;
potentia autem Ovidius eodem versus loco ponere solet, quo hic est positum. cf.:
sceptra tuae quamvis rear esse *potentia* terrae.
M. 11.$_{385}$ adicis huic animo momenta *potentia,* clarum.
A. 1.1.$_{13}$ sunt tibi magna, puer, nimiunque *potentia* regna.
A. 3.11.$_{31}$ desine blanditias et verba, *potentia* quondam.
quamvis rear] cf. quae adnotari ad 16.$_{104}$.

---

64. *sceptra minora*] hic solum.
haec] cf. quae adnotavi ad 16.$_{155}$.

---

65. *locus vincitur*] cf.: M. 11.$_{223}$ acta patris vincet.
M. 6.$_{612}$ sed ferro, sed siquid habes, quod vincere ferrum possit

---

66. vincitur, at certe *barbara terra* tua est. cf.:
T. 3.3.$_{46}$ indeploratum *barbara terra* teget.
T. 4.4.$_{86}$ si modo Nasoni *barbara terra* sua est.

---

67. *epistula dives*] hic solum; nec alias apud Ovidium *dives* hoc sensu adhibitum inveni.

---

69. sed *si* iam *vellem* fines transire pudoris,
tu melior culpae causa *futurus eras*. cf.:
her. 13.$_{55}$ nec rapere *ausurus,* nisi se defendere *posset,*
hospes *erat.*
T. 1.1.$_{125}$ et si quae subeunt, tecum, liber, omnia *ferres,*
sarcina laturo magna *futurus eras.*
T. 1.7.$_{40}$ emendaturus, si licuisset, eram. cf. praeterea A. 2.14.$_{10 \cdot 18}$.

futurus eras] cf. T. 1.1.$_{125}$. her. 7.$_{133}$. 2.$_{144}$. 11.$_{63}$; praeterea her. 2.$_{110}$. 3.$_{148}$. 9.$_{17}$. 10.$_{52}$. $_{79}$.

---

71. aut *ego* perpetuo famam sine labe tenebo,
aut *ego* te potius quam tua dona sequar.

quid hic sibi velit *ego* bis eodem versus loco positum, non intellego; nam adeo non ex ceteris huius sententiae verbis erat eximendum, ut vel omittere posset poeta.

---

73. utque ea non sperno, sic acceptissima semper
munera sunt, auctor quae pretiosa facit.

sensus hic: ut ego munera omnino non spernere soleo (nam mulier sum), ita eo magis mihi accepta sunt, quia tu eorum auctor es; sed quid hic sibi velit: ut . . . . sic, plane non intellego; nam illae sententiae omnino non inter se comparandae erant; comparatio illa friget; quod iam recte intellexisse videtur, qui cod. o scripsit, nam »utque ea non« mutavit in »nec tamen haec«; sed »sic« quoque ei mutandum erat in »verum«; nam si legeremus

nec tamen haec sperno; verum acceptissima semper
munera sunt, auctor quae pretiosa facit,.

magis certe appareret, quid dicere vellet Helene; sed adeo versum illum mutare nimiae audaciae esset; vitium poetae tribuendum esse puto.

73. *acceptissima*] hic solum; sed. cf. M. 13 $_{467}$ acceptior; M. 10.$_{70}$ iunctissima; T. 3.6.$_{19}$ iunctissime; M. 11.$_{687}$ consuetissima; M. 15.$_{139}$ praestantissima; cf. Eschenb. p. 18. deinde de comparativo nonullorum participiorum cf.: her. 9.$_{33}$ M. 10.$_{211}$. $_{563}$. 11.$_{494}$. $_{525}$. 12.$_{415}$. 13.$_{757}$. $_{794}$. $_{859}$. 14.$_{15}$. $_{679}$. 15.$_{599}$. A. 1.3.$_{40}$. 2.6.$_{23}$. A.a. 2.$_{192}$. T. 3.6.$_{4}$. 4.6.$_{28}$. e.P. 1.3.$_{29}$. $_{92}$. 3.1.$_{51}$. 3.2.$_{60}$. 3.3.$_{21}$. 4.5.$_{10}$.

---

74. *pretiosa facit*] cf.:

her. 6.$_{120}$ dulce mihi gravidae fecerat auctor onus.
T. 5.12.$_{38}$ et facunda facit pectora laudis amor.
F. 3.$_{832}$ quique facis docta mollia saxa manu.
M. 5.$_{480}$ vitiataque semina fecit; — alia permulta extant exempla.

---

75. plus multo est, quod amas, quod sum tibi causa laboris.

plus multo est] hic solum. — *plus est*] hic solum; sed cf. her. 6.$_{127}$; *plus multo*] hic solum, sed cf. *multo plura* A.a. 2.$_{31}$.

---

76. quod tam per longas spes tua venit aquas.

spes venit] cf.:

her. 2.$_{62}$ quaecumque e merito *spes venit*, aequa venit.

spes venit per] hic solum.

longae aquae] hic solum; cf. contra

A. 3.6.$_{80}$ atque ita se in *rapidas* perdita misit *aquas*.
her. 10.$_{26}$ hinc scopulus *raucis* pendet adesus *aquis*.
her. 13.$_{6}$ illud erat *saevis* utile tempus *aquis*.
T. 1.10.$_{8}$ aequora nec *saevis* icta fatiscit *aquis*.
A.a. 3.$_{94}$ quisve cavo *vastas* in mare servet *aquas*.
A. 1.15.$_{10}$ dum *rapidas* Simois in mare volvet *aquas*.

sed. cf. quoque

her. 10.$_{146}$ infelix tendo trans *freta longa* manus.

---

77. illa quoque, adposita quae nunc facis, improbe, mensa.

adposita mensa] cf.:

M. 8.$_{831}$ poscit, et *adpositis* queritur ieiunia *mensis*.

---

78. quamvis experiar dissimulare, noto.

quamvis] cf. quae adnotavi ad $16._{104}$. — *experiar* c. inf.] cf.:
T. $5.7._{40}$ experior curis et dare verba meis.
M. $7._{175}$ quod petis, experiar maius dare munus Jason.
e.P. $1.8._{58}$ experiar mota spargere semen humo.

noto] cf. M. $2._{740}$ quae tenuit laevum, venientem prima *notavit* Mercurium.

---

79. cum modo me spectas oculis, lascive, protervis.

me spectas] cf.:
A. $1.4._{17}$ *me specta* nutusque meos vultumque loquacem.
M. $6._{478}$ spectat eam Tereus.
M. $7._{860}$ dumque aliquid spectare potest, me spectat.
e.P. $2.8._{19}$ hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romam.
A.a. $1._{573}$ atque oculos oculis spectare fatentibus ignem.
A.a. $2._{453}$ quem videat lacrimans, quem torvis spectet ocellis.
M. $9._{28}$ talia dicentem iamdudum lumine torvo spectat.

---

80. quos vix instantes lumina nostra ferunt.

instantes oculos] hic solum.

---

81. et modo suspiras, modo pocula proxima nobis
sumis, quaque bibi, tu quoque parte bibis.
a! quotiens digitis, quotiens ego tecta notavi
signa supercilio paene loquente dari. cf.:

A. $1.4._{31}$ quae tu reddideris, ego primus pocula sumam,
et qua tu biberis, hac ego parte bibam.
A.a. $1._{575}$ fac primus rapias illius tacta labellis
pocula, quaque bibit parte puella, bibas.
A. $1.4._{19}$ verba superciliis sine voce loquentia dicam;
verba leges digitis, verba notata mero.
A. $2.5._{15}$ multa supercilio vidi vibrante loquentes:
nutibus in vestris pars bona vocis erat.
non oculi tacuere tui, conscriptaque vino
mensa, nec in digitis littera nulla fuit.

sermonem agnovi quod non videatur, agentem
verbaque pro certis iussa valere notis.

A. 3.11.$_{23}$ quid iuvenum tacitos inter convivia nutus
verbaque compositis dissimulata notis?

A a. 1.$_{500}$ multa supercilio, multa loquare notis.

A.a. 1.$_{569}$ hic tibi multa licet sermone latentia tecto
dicere, quae dici sentiat illla sibi:
blanditiasque leves tenui perscribere vino,
ut dominam in mensa se legat illa tuam:
atque oculos oculis spectare fatentibus ignem:
saepe tacens vocem verbaque vultus habet.

---

84. *supercilio loquente*] hic solum.

---

85. et saepe extimui, ne vir meus illa videret.

et] pro *et* cum Bentleio exspecto *ut,* quod magis quadrare videtur ad v. 83a!

---

87. saepe vel exiguo vel nullo murmure dixi.

exiguo murmure] cf.:

F. 5.$_{458}$ atque haec *exiguo murmure* verba loqui.

her. 14.$_{52}$ *exiguo* dixi talia verba *sono.*

cf. praeterea

her. 12.$_{56}$ et dixit *tenui murmure* lingua vale.

A.a. 1.$_{369}$ et secum *tenui* suspirans *murmure* dicat.

M. 6.$_{327}$ restitit et *pavido* »faveas mihi« *murmure* dixit.

M. 6.$_{203}$ quodque licet, *tacito* venerantur *murmure* numen.

nullo murmure dixi] absurdum; nam quomodo id fiat, omnino non intellegi potest.

---

88. *haec mea*] cf. quae adnotavi ad 16.$_{155}$.

---

89. orbe quoque in mensae legi sub nomine nostro. cf.:

T. 2.$_{454}$ et tacitam mensae duxit in orbe notam.

---

90. quod deducta mero littera fecit: amo.

littera deducta] hic solum; cf. contra

M. 1.$_{649}$ *littera* pro verbis, *quam* pes in pulvere *duxit.*

T. 2.$_{454}$ et tacitam mensae *duxit* in orbe *notam.*

littera fecit] hic solum; sed aliis quoque locis litteram aliquid facientem videmus; cf. exempli gratia

e.P. 4.15.$_{34}$ ipsa locum per se *littera* nostra *rogat.*

---

91. credere me tamen hoc oculo renuente negavi.

ocul*o* renuent*e*] cf.:

T. 3.3.$_{71}$ quosque legat versus ocul*o* properant*e* viator.

credere me negavi] negare c. acc. c. inf., cum sententia secundaria idem habeat subiectum ac sententia principalis; cf.:

e.P. 3.6.$_{34}$ qui se quod patitur commeruisse neget.

e.P. 4.10.$_{58}$ cedere Danubius se tibi, Nile, negat.

M. 13.$_{314}$ nec me suasisse negabo.

sed cf. quoque

F. 6.$_{567}$ ipsa quidem fecisse negat.

A. 1.12.$_{2}$ infelix hodie littera posse negat.

A. 3.9.$_{46}$ sunt quoque, qui lacrimas continuisse negant.

M. 2.$_{693}$ vidisse nega.

A. 3.14.$_{15}$ quae facis, haec facito; tantum fecisse negato.

---

92. ei mihi, iam didici sic ego posse loqui.

didici posse] cf.:

her. 7.$_{182}$ fortiter *edisco* tristia *posse* pati.

A.a. 3.$_{296}$ *discunt posse* minus, quam potuere, loqui.

ei mihi] cf. Eschenburg p. 2.

---

93. his ego blanditiis, si peccatura fuissem, flecterer.

displicet hic *fuissem;* nam exspectamus si *peccatura essem,* quod idem est ac: si fatis constitutum esset, ut peccarem; scribere debebat Helene aut: »si peccatura essem, flecterer«, aut:

»si peccatura fuissem, flexa essem«; illud autem: »si peccatura fuissem, flecterer« vitiosum videtur.

peccatura fuissem] cf. her. $2._{110}$. $_{144}$. $3._{148}$. $7._{133}$. her. $9._{17}$. $10._{52}$ $10._{79}$. $11._{63}$. $13._{56}$. T. $1.6._{13}$. M. $9._{518}$. $14._{353}$. $_{784}$. A.a. $1._{755}$. $2._{287}$. R. A. 21. 284. 582. T. $2._{44}$. $4.1._{27}$. $4.9._{24}$. $5.6._{6}$. e.P. $1.6._{14}$. $1.7._{42}$. $2.7._{34}$. $2.11._{19}$. $4.8._{70}$. $4.15._{35}$. F. $2._{338}$. $3._{216}$. $_{806}$. $4._{613}$.

---

95. *facies rara*] hic solum.

---

96. velle sub amplexus ire puella tuos.

sub amplexus ire] cf.:

M. $7._{616}$ dicta sub amplexus Aeginae Asopidos isse.
F. $6._{554}$ saepe sub amplexus coniugis ire tui.

---

98. quam cadat *externo* noster *amore* pudor. cf.:
her. $5._{102}$ clamat et *externo* laesus *amore* dolet.

---

99. disce meo exemplo formosis posse carere.

disce exemplo] hic solum; sed conferendum videtur R.A. 52 at tamen *exemplo* multa *docere* potest.

me*o* *ex*emplo] cf. quae monuit Eschenburgius metrisch. Unters. p. 12 et 30 (cf. prooem.).

disce posse] cf. quae adnotavi ad. $16._{144}$.

---

100. est virtus placitis abstinuisse bonis. — *placitus*] cf.:
A.a. $1._{37}$ proximus huic labor est *placitam* exorare puellam.
A. $2.4._{18}$ sive rudis, *placita* es simplicitate tua.
A.a. $2._{535}$ nos facimus *placitae* late praeconia formae.
F. $2._{777}$ sic quamvis aberat *placitae* praesentia formae.
A. $1.10._{28}$ non aries *placitam* munere captat ovem.
M. $7._{226}$ perspicit et *placitas* partim radice revellit.

---

101. quam multos credis iuvenes optare, quod optas, qui sapiant?

displicet hic quod sententia relativa »qui sapiant«, ab eo nomine, ex quo pendet tota sententia est dirempta; cuius rei exempla apud Ovidium non inveni.

---

102. oculos an Paris unus habes? — *oculos habes]* cf.:
T. $3.5._{50}$ peccatumque *oculos* est *habuisse* meum.
A. $3.3._{42}$ di quoque *habent oculos,* di quoque pectus habent.

Paris] pro tu positum; cf. primum quae adnotavi ad $16._{163}$; deinde cf.: her. $4._{36 \cdot 164}$. $6._{111}$. $7._{26}$. $7._{29 \cdot 61 \cdot 89}$. $8._{59 \cdot 115}$. $9._{18 \cdot 27}$. $10._{34}$. $12._{57}$. $13._{7 \cdot 16 \cdot 154}$. $14._{77}$.

---

103. non tu plus cernis, sed plus temerarius audes,
nec tibi plus cordis, sed magis oris adest.

magis] Bentleius: nec minus; quod reiciendum videtur, nam non quadrat ad *sed plus* in v. antecedente; Rieseus: *nimis;* quod verbum mihi et nimis grave neque aptum videtur ad *plus* cernis, *plus* temerarius, *plus* cordis; retinendum censeo, quod exhibent codices *magis*, sed ita ut *magis* non defendam cum Sedlmayero comm. p. 62.: »Eine Conjectur ist überhaupt nicht nötig, da manche jüngeren Hss., darunter der schon oft erwähnte mitunter ganz vortreffliche cod. v. 3 offenbar das Richtige erhalten haben: non tibi plus cordis sed magis oris adest; d. h. non plus cordis sed magis (= potius) plus oris. Wegen magis = potius cf. F. $6._{632}$. Schon diese seltenere Bedeutung von magis bürgt dafür, dass wir es in den jüngeren Hss. nicht mit einer Conjectur, sondern mit einer ursprünglichen Lesart zu thun haben«. sed Ovidii imitatori vitio do, qui male imitatus est illud F. $6._{632}$ *sed fuit illa magis;* nam illic maxime placet, hic valde displicet, cum animo supplendum sit *plus,* ita ut simul sit audiendum: magis plus (oris adest).

---

105. tunc ego te vellem celeri venisse carina,
cum mea virginitas mille petita procis;

petita] sc. est; sed pro *petita est* hic exspecto *petebatur*; deinde in sententia secundaria *est* non omittere solet Ovidius.

---

107. si te vidissem, primus de mille fuissem.

primus de] hic solum. — *de mille*] hic solum.

---

108. iudicio veniam vir dabit ipse meo.

veniam dabit »iudicio«] hic solum; sed cf.:

e.P. 4.15.$_{32}$ *da veniam »vitio«,* mitis amice, meo.
e.P. 2.7.$_{7}$ *da veniam,* quaeso, nimioque ignosce *timori.*
her. 7.$_{107}$ et F. 4.$_{755}$ *da veniam culpae.*
A.a. 2.$_{38}$ *da veniam coepto,* Juppiter alte, meo.
F. 2.$_{829}$ *dant veniam* genitor coniunxque coactae.
e.P. 3.9.$_{55}$ *da veniam scriptis.*

---

109. ad possessa venis praeceptaque gaudia serus.

possessa] cf.:

A. 1.2.$_{8}$ et *possessa* ferus pectora versat Amor.

---

110. spes tua lenta fuit. cf.:

her. 2.$_{9}$ spes quoque lenta fuit.

---

111. ut tamen *optarem* fieri tua Troica coniunx.

optarem] mirum tempus hoc pro: optassem, optaverim. opto c. inf.; cf.:

e.P. 1.3.$_{33}$ sed tamen optat fumum de patriis posse videre focis.
A.a. 1.$_{299}$ optarunt tergo sustinuisse meo.
A. 3.2.$_{30}$ optavit manibus sustinuisse suis.
T. 3.8.$_{5}$ nunc ego iactandas optarem sumere pennas.

---

113. desine molle, precor, verbis convellere pectus.

molle pectus] cf.:

F. 4.$_{4}$ num vetus in *molli pectore* vulnus habes?

convellere pectus] hic solum. — *verbis convellere*] hic solum.

---

114. *neve noce*] cf. M. $5._{491}$. $9._{563}$. $10._{353}$. $_{546}$. $13._{748}$. $15._{778}$. cf. praeterea quae ad $16._{11}$ adnotavi.

---

115. sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri.
sortem tueri] hic solum.

---

116. nec spolium nostri turpe pudoris habe. cf.:
her. $5._{140}$ ille meae spolium virginitatis habet.
habe] cf.:
T. $1.1._{4}$ infelix habitum temporis huius habe.
F. $4._{860}$ saepe etiam plures nominis huius habe. cf. praeterea M. $7._{112}$.

---

ad v. 117—121 cf. $16._{53-88}$.

---

117. at Venus hoc pacta est, et in altae vallibus Idae
tres tibi se nudas exhibuere deae.
se exhibere] hic solum. — de forma *exhibuere* cf.:

	tres tibi se nudas	||	exhib*uere* deae.
her. $4._{50}$	numine contactas	||	atton*uere* suo.
her. $7._{88}$	robora, te saevae	||	progen*uere* ferae.
her. $9._{80}$	praevalidae fusas	||	commin*uere* manus.
her. $12._{102}$	inter se strictas	||	conser*uere* manus.

---

121. credere vix equidem caelestia corpora possum.
corpora] nusquam Ovidius *corpora* scribit, ubi exspectamus *deos* vel *homines*, sed ubi scribit *corpora*, aut verba facit de *corporibus* hominum sive deorum cf. M. $15._{662}$. $2._{663}$. $10._{464}$. $14._{779}$. aut *corpora* scribit pro *captivis* vel pro *cadaveribus*. cf. her. $3._{36}$. T. $4.2._{36}$. A.a. $2._{587}$. M. $4._{189}$. F. $6._{605}$. M. $3._{57}$; scriptor huiusce epistulae imitatus videtur M. $15._{662}$ sed ut saepius hic quoque male.

---

123. utque sit hoc verum, certe pars altera ficta est.

pars altera] sc. narrationis tuae; sed hic usus verborum, ut tale quidquam simul audiendum sit, quam maxime alienus est ab Ovidio.

---

125. non est tanta mihi fiducia corporis, ut me.

fiducia corporis] hic solum; sed cf. contra *fiducia formae:* A.a. $1._{707}$. M. $2._{731}$. $4._{686}$. $14._{32}$.

ut me] cf. quae monuit Eschenburgius p. 22 et 23 (cf. prooemium).

---

126. maxima teste dea dona fuisse putem.

dona] numerus pluralis pro singulari. cf. her. $11._{97}$ Aeolus hunc ensem mittit tibi — tradidit ensem' — et iubet ex merito scire, quid iste velit. scimus et utemur violento fortiter ense. pectoribus condam *dona* paterna meis.

---

128. laudatrix Venus est invidiosa mihi.

non est quod hic *est* tam gravi versus loco sit positum.

---

129. sed nihil infirmo: faveo quoque laudibus istis;
nam mea vox quare, quod cupit, esse neget?

vox quod cupit] absurdum: ne unum quidem exemplum inveni, ubi vox coniuncta sit cum verbo aliquid voluntatis significante.

---

131. nec tu succense, nimium mihi creditus aegre.

nec succense] cf. quae adnotavi ad $16._{11}$.

creditus] cf.:

M. $7._{98}$ *creditus* accepit cantatas protinus herbas.

aegre] cf.:

R.A. 625: proximus a tectis ignis defenditur *aegre.*

T. $5.10._{17}$ nil extra tutum est. tumulus defenditur *aegre.*

cf. quoque M. $8._{593}$. $12._{593}$. R.A. 657. F. $1._{365}$. A. $1.5._{16}$.

---

132. *tarda* solet magnis rebus inesse *fides.* cf.:

F. $3._{850}$ *tarda* venit dictis difficilisque *fides.*

---

135. nec te Palladios, nec te Junonis honores.

Palladios] cf.:

M. $8._{275}$ Palladios flavae latices libasse Minervae.

A.a. $1._{727}$ et tibi Palladiae petitur cui palma coronae.

T. $1.10._{12}$ aequora Palladio numine tuta fuit.

M. $7._{399}$ Palladias arces.

M. $7._{723}$ Palladias ineo non cognoscendus Athenas.

---

136. auditis Helenae praeposuisse bonis.

auditis] cf.:

her. $3._{98}$ res audita mihi, nota est tibi.

---

137. ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum?

sum] = sum *pro;* cf.:

her. $3._{52}$ tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

---

138. ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.

hic mihi dignum quod conferatur videtur

M. $9._{477}$ et placet, et possim, si non sit frater, amare.

nam utraque femina — hic Helene, illic Byblis — iam peccatura sed adhuc, quid faciat, incerta utitur in sermone suo coniunctivo potentiali.

pectus amem] non est ex usu Ovidiano.

---

141. quid bibulum curvo proscindere litus aratro
spemque sequi coner, quam locus ipse negat?

bibulum litus] cf.:

A. $2.11._{14}$ bibuli litoris illa mora est. cf. praeterea M. $13._{901}$. M. $14._{368.\ 632}$.

141. *curvo aratro]* cf.:
her. 1.$_{55}$ semisepulta virum *curvis* feriuntur *aratris.*
M. 3.$_{11}$ nullum passa iugum *curvi*que immunis *aratri.*
F. 2.$_{517}$ plus erat in gladio, quam *curvo* laudis *aratro.*
F. 3.$_{781}$ et caperet fasces a *curvo* consul *aratro.*

proscindere aratro] cf.:
M. 7$_{118}$ subpositosque iugo pondus grave cogit aratri.
ducere et insuetum *ferro proscindere* campum.

proscindere litus aratro] hic solum; sed cf.:
T. 5.4.$_{48}$ nec sinet ille tuos *litus arare* boves.
e.P. 4.2.$_{16}$ sed siccum sterili vomere *litus* aro.
her. 5.$_{116}$ non profecturis *litora* bubus *aras.*

---

142. spemque sequi coner, quam *locus ipse* negat. cf.:
e.P. 1.10.$_{24}$ quorum materiem dat *locus ipse* mihi.
F. 2.$_{421}$ illa loco nomen fecit, *locus ipse* lupercis.
her. 10.$_{23}$ et quotiens ego te totiens *locus ipse* vocabat.

locus negat] hic solum; sed cf.:
A. 1.4.$_{54}$ consilium nobis resque locusque dabunt.
e.P. 1.7.$_{8}$ indicat auctorem locus.

spem negat] cf.:
T. 2.$_{154}$ et *spem* placandi dantque *negant*que tui.

---

143. sum rudis ad Veneris furtum.

rudis ad] cf.:
her. 11.$_{50}$ et rudis ad partus et nova miles eram.
e.P. 3.7.$_{18}$ ad mala iam pridem non sumus ulla rudes.

furtum] cf.:
A.a. 2.$_{389}$ ludite sed *furto* celetur culpa modesto.
T. 2.$_{461}$ multaque dat *furti* talis praecepta.

---

144. di mihi sunt testes — lusimus arte virum.

di mihi sunt testes] cf.:
M. 9.$_{543}$ sunt mihi di testes.

---

144. *lusimus arte virum*] cf.:
F. 3.$_{685}$ dixerat illa *deum* promisso *ludit* inani.
A.a. 1.$_{643}$ *ludite*, si sapitis, solas impune *puellas*.
A.a. 3.$_{332}$ cuive pater vafri *luditur arte* Getae.

---

145. nunc quoque, quod tacito mando mea verba libello.
tacito libello] hic solum.

---

146. fungitur officio littera nostra novo.
littera fungitur] hic solum; sed cf. quae ad v. 90 adnotavi.
fungitur officio] cf.:
T. 5.12.$_{19}$ at timor *officio fungi* vetat ipse quieto.
M. 2.$_{480}$ *officio*que pedum *fungi*.

---

147. felices, quibus usus adest!
usus adest] cf.:
A.a. 2.$_{676}$ solus et artifices qui facit, usus adest.
quibus adest] cf. R.A. 663 e.P. 1.9.$_{15}$.
nescia rerum] hic solum.

---

149. ipse malo metus est. iam nunc confundor, et omnes
in nostris oculos vultibus esse reor.
malo est] cf.:
M. 2.$_{597}$ sint, precor, ista malo.
oculos in vultibus esse] hic solum.

---

151. nec reor hoc falso: sensi mala murmura vulgi.
mala murmura] hic solum. — *murmura vulgi*] cf.:
M. 13.$_{124}$ finierat Telamone satus, vulgique secutum
ultima murmur erat.
sensi murmura] cf.:
M. 5.$_{597}$ nescio quod medio *sensi* sub gurgite *murmur*.

---

153. *at tu* dissimula, nisi si desistere mavis.
sed cur desistas? dissimulare potes.

at dissimula] at c. imperat. cf.:

her. $8._{15}$ *at tu,* cura mei si te pia tangit, Oreste
inice non timidas in tua iura manus.

her. $14._{123}$ *at tu,* si qua piae, Lynceu, tibi cura sororis,
quaeque tibi tribui munera, dignus habes,
vel *fer* opem vel *dede* neci.

at tu dissimula || *nisi si* cf.:

her. $4._{111}$ praeposuit Theseus || *nisi si* manifesta negamus.

M. $14._{177}$ quid mihi tunc animi || *nisi si* timor abstulit omnem sensum.

dissimula] absolute positum. cf.:

A. $2.2._{18}$ conscius esse times? *dissimulare* licet.

A. $3.14._{4}$ sed tamen, ut temptes *dissimulare,* rogat.

A.a. $3._{558}$ *dissimulate* tamen.

T. $1.1._{62}$ *dissimulare* velis, te liquet esse meum.

e.P. $1.6._{3}$ *dissimules* metuasque licet, Graecine, fateri.

e.P. $4.3._{9}$ *dissimulas* etiam, nec me vis nosse videri.

desistere] absolute positum; cf.:

F. $2._{823}$ ter conata loqui, ter *destitit.*

her. $4._{8}$ ter in primo *destitit* ore sonus.

M. $10._{629}$ sed non culpa mea est. utinam *desistere* velles.

---

155. *maior non maxima*] hic solum.

---

157. ille quidem procul est, ita re cogente, profectus:

procul profectus est] hic solum; sed cf.:

M. $6._{362}$ ni procul abscedat. M. $2._{464}$ i procul hinc. M. $4._{648}$ vade procul. R.A. 214 i procul. A.a. $3._{505}$ i procul hinc.

re cogente] hic solum; contra cf.:

A. $1.4._{54}$ consilium nobis resque locusque dabunt.

M. $2._{89}$ nate cave, dum resque sinit, tua corrige vota.

de forma *cogente* cf.:

ille quidem procul est, ita re *cogente,* profectus.

R.A. 741 sunt quae non possunt aliquo *cogente* iuberi.

M. $1._{103}$ contentique cibis nullo *cogente* creatis.

---

158. magna fuit subitae iustaque causa viae.
magna causa] cf.:
A. 2.6.$_{10}$ *magna* sed antiqui *causa* doloris Itys.
R.A. 322 haec odio venit *maxima causa* meo.
R.A. 768 aemulus est nostri *maxima causa* mali.
subita viae] hic solum. — *causa* viae] cf.:
e.P. 3 3.$_{27}$ quae tibi causa viae?
e.P. 4.5.$_{46}$ sic fuerit vestrae *causa* peracta *viae.*

---

159. aut mihi sic visum est. ego cum dubitaret an iret.
dubitaret an] cf.:
M. 10.$_{676}$ *an* peteret, virgo visa est *dubitare.*
M. 10.$_{697}$ *an* Stygia sontes, *dubitavit*, mergeret unda.

---

160. »quam primum« dixi »fac rediturus eas.«
rediturus eas] conferendum hic videtur
A. 2.9.$_{46}$ saepe fruar domina, saepe *repulsus eam.*

---

161. omine laetatus dedit oscula »resque domusque
et tibi sit curae Troicus hospes« ait.
resque domusque] hic solum.

---

162. et tibi sit curae *Troicus* hospes ait. cf.:
her. 7.$_{186}$ scribimus et gremio *Troicus* ensis adest.
A.a. 3.$_{254}$ tu quoque non stulte, *Troice* raptor, habes.
M. 11.$_{773}$ quam *Troicus* heros insequitur.

---

163. vix tenui risum; quem dum compescere luctor.
risum compescere] hic solum. — *compescere*] cf.:
R.A. 69 me duce damnosas, homines, *compescite* curas.
T. 5.6.$_{45}$ intempestivos igitur *compesce* timores.
M. 9.$_{396}$ *compescuit* omnem res nova tristitiam.
T. 3.4.$_{65}$ sed timor officium cautus *compescit.*
T. 4.6.$_{5}$ tempore Poenorum *compescitur* ira leonum.

---

164. nil illi potui dicere praeter: erit.
hic digna quae conferantur videntur:
her. $5._{52}$ quam vix sustinuit dicere lingua: vale.
her. $13._{14}$ vix illud potui dicere triste: vale.
nil praeter] cf.:
her. $11._{83}$ ipsa *nihil praeter* lacrimas pudibunda profudi.

---

165. vela quidem Creten ventis dedit ille secundis:
vela dedit Creten] hic conferenda videntur:
A.a. $2._{64}$ *qua*que ferent aurae, *vela* secunda *dato*.
M. $8._{175}$ protinus Aegides rapta Minoide *Diam vela dedit*.
M. $13._{399}$ victor *ad* Hypsipyles *patriam* clarique Thoantis
et veterum *terras* infames caede virorum *vela dat*.

---

166. sed tu non adeo cuncta licere puta.
cuncta] cf.:
e.P. $3.1._{77}$ *cuncta* licet facias, nisi eris laudabilis uxor.
F. $6._{436}$ vesta, quod assiduo lumine *cuncta* videt.
F. $4._{859}$ *cuncta* regas, et sis magno sub Caesare semper.
pro *adeo* exspectamus *ideo* quod ω exhibet.

---

167. sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens,
an nescis longas regibus esse manus?
manus longae] hic solum; apud Propertium legimus *manus longae* sed prorsus alio sensu; sed ex quorum poetarum scriptis imitator Ovidii ea, quae non adhibet Ovidius, sumpserit, inquirere iam in aliud tempus differamus, cum et ep. 18—21 erunt pertractatae.

---

169. fama quoque est oneri; nam quo constantius ore
laudamur vestro, iustius ille timet.
constantius] hic solum; *constanter* autem legimus e.P. 1. $5._{41}$ T. $3.2._{27}$ $4.5._{23}$ $5.9._{49}$. cf. praeterea $16._{154}$.
est oneri] cf.:

M. $10._{195}$ ipsa sibi *est oneri* cervix umeroque recumbit.
A.a. $2._{586}$ si tibi *sunt oneri,* vincula transfer, ait.
quo constantius ore
laudamur vestro, *iustius* ille timet. cf.:
her. $2._{129}$ *quo* magis accedunt, *minus* et *minus* utilis adsto.
her. $4._{19}$ venit amor *gravius, quo serius.*

---

171. quae iuvat, ut nunc est, eadem mihi gloria damno est.
iuvat gloria] cf.:
her. $12._{77}$ perdere posse sat est, si quem *iuvet* ipsa *potestas.*
A. $3.2._{50}$ *pax iuvat et* media pace repertus *amor.*
A. $3.7._{62}$ quid miserum Thamyran *picta tabella iuvat.*
A. $3.4._{31}$ indignere licet, *iuvat* inconcessa *voluptas.*
ut nunc est] hic solum et $16._{50}$ inveni.

---

172. et melius famae verba dedisse fuit.
verba dare] cf. A. $2.2._{58}$ $2.19._{50}$ A.a. $2._{558}$ $3._{618}$. R.A. 34. T. $2._{500}$ $5.7._{40}$.

---

173. nec, quod abest, hic me tecum mirare relictam. Displicet hic, quod ex uno verbo *mirare* duo inter se nulla re coniunctae sententiae pendent: *quod abest* et *hic me tecum relictam;* pro *quod abest* exspectamus *dum abest* vel *cum absit.*

nec, quod abést, hic me tecum mira*re re*lictam. cf. quae adnotavi ad $16._{213}$.

---

174. moribus et vitae credidit ille meae.
moribus et vitae] hic solum.
credere] = confidere cf.:
her. $9._{119}$ haec tamen audieram, licuit non *credere* famae.
F. $2._{453}$ orta dies fuerit, tu desine *credere* ventis.

---

175. de facie metuit, vitae confidit; et illum
securum probitas, forma timere facit.

digna quae conferantur videntur:
M. $7._{716}$ facies aetasque iubebat.
credere adulterium; prohibebant credere mores.
de facie metuit]
metuere de apud Ovidium idem significat ac metuere alicui rei sive pro aliqua re, cf. exempli gratia:
M. $7._{68}$ aut, si quid metuam, *metuam de* coniuge solo.
metuere de idem significans ac metuere propter aliquam rem hic solum invenitur.
vitae confidit] hic solum.

---

176. securum probitas, forma timere facit.
displicet, quod ex uno verbo pendent et nomen adiectivum et infinitivus verbi alicuius.

---

177. *tempora ne pereant*] hic solum. sed cf.:
A.a. $1._{504}$ arbitrio dominae *tempora perde* tuae.
M. $11._{286}$ ne *tempora perde* precando.
F. $1._{143}$ et mihi, ne flexu cervicis *tempora perdam.*

---

178. *simplicis* utamur *commoditate* viri. cf.:
$16._{316}$ utere mandantis *simplicitate* viri.
$16._{312}$ cogimur ipsius *commoditate* frui.

---

179. et libet et timeo: nec adhuc exacta voluntas
est satis: in dubio pectora nostra labant.
exacta voluntas est] hic solum. sed cf.:
A. $3.7._{16}$ et *non exactum,* corpus an umbra forem.
F. $3._{637}$ *non habet exactum*, quid agat.
M. $1._{406}$ non *exacta* satis rudibusque simillima signis *forma.*

---

180. in dubio pectora nostra labant.
in dubio labant] hic solum; cf. contra:
M. $1._{396}$ spes tamen *in dubio est.*
F. $3._{839}$ nominis *in dubio* causa *est.*

M. 8.$_{44}$ »laeter« ait »doleamne geri lacrimabile bellum *in dubio est.*
M. 10.$_{374}$ quo cadat, *in dubio est.*

---

181. et vir abest nobis, et tu sine coniuge dormis:
cf. quae sunt eadem de re:
A.a. 2.$_{361}$ quis stupor hic, Menelae, fuit? tu solus abibas,
isdem sub tectis hospes et uxor erant.

---

182. inque vicem tua me, te mea forma capit. cf.:
her. 4.$_{64}$ me tua forma capit, capta parente soror.
inque vicem] cf.:
M. 6.$_{631}$ *inque vicem* spectans ambos, cur admovet inquit.
M. 9.$_{525}$ *inque vicem* sumptas ponit, positasque resumit.
M. 4.$_{72}$ *inque vices* fuerat captatus anhelitus oris.
M. 8.$_{474}$ *inque vices* ponit, positamque resuscitat iram.
M. 9.$_{86}$ *inque vicem* fulvae tactu flavescit harenae.
e.P. 3.2.$_{86}$ hic negat. *inque vicem* pugnat uterque mori.

---

183. et longae noctes: et iam sermone coimus.
et longae noctes] *sunt* omittere non solet Ovidius.
sermone coire] hic solum.

---

184. et tu — me miseram! — blandus, et una domus.
blandus sc. *es,* et una domus sc. *est;* in uno versu omittere et *es* et *est* quam maxime abhorret ab usu Ovidiano.

et una domus] hic mihi quae conferantur digna videntur:
her. 4.$_{63}$ hoc quoque fatale est; placuit domus una duabus.
her. 4.$_{143}$ ut tenuit domus una duos, domus una tenebit.

---

185. et peream, si non invitant omnia culpam.
invitare culpam] hic solum.

---

186. *nescio quo* tardor sed tamen ipsa metu. cf.:
A. 2.9.$_{28}$ *nescio quo* miserae turbine mentis agor.
her. 5.$_{128}$ *nescio quis* Theseus abstulit ante sua.
A. 2.5.$_{62}$ *nescio quis* pretium grande magister habet.

T. $5.3._{34}$ *nescio quis* nostri dicere cultor abest.
M. $1._{590}$ *nescio quem* factura toro, pete, dixerat, umbras.
M. $7._{822}$ vocibus ambiguis deceptam praebuit aurem *nescio quis*. cf. praeterea T. $5.11._{1}$ $1.6._{13}$ A. $3.11._{11}$ her. $13._{91}$. cf. Eschenb. p. 5.

---

187. quod male persuades, utinam bene cogere posses!
vi mea rusticitas excutienda fuit.

rusticitas excutienda fuit] hic solum; sed cf.:
her. $14._{43}$ *excussere metum* violenti iussa parentis.
M. $3._{689}$ *excute* corde *metum*.
F. $1._{16}$ deque meo pavidos *excute* corde *metus*.
M. $7._{17}$ *excute* virgineo conceptas pectore *flammas*.
her. $10._{13}$ *excussere metus* somnum, conterrita surgo.
M. $10._{426}$ multaque, ut *excuteret diros*, si posset, *amores*, addidit.

de forma *excutienda* cf.:
A.a. 1_{150} deciderit, digitis *excutiendus* erit. cf. quoque Eschenb. p. 33.

---

189. utilis interdum est ipsis iniuria passis:

passis] cf.:
M. $14._{285}$ cumque eadem *passis* —
tantum medicamina possunt — claudor hara.
M. $6._{297}$ sexque datis leto diversaque vulnera *passis* ultima restabat. cf. praeterea M. $9._{382}$:

---

190. coacta forem] cf. quae adnotavi ad $16._{36}$.

---

191. dum novus est, potius coepto pugnemus amori!

pugnemus amor*i*] cf.:
M. $1._{19}$ frigida *pugnabant* calid*is*, umentia sicc*is*.

coeptus amor] hic solum, sed cf.: A.a. $1._{771}$ F. $6._{11}$. e.P. $2.7._{17}$ $4.12._{29}$ M. $8._{189}$ her. $6._{126}$ A. $3.6._{88}$ M. $1._{405\ 426}$.

---

192. flamma recens parva sparsa resedit aqua.

parva aqua] hic solum; sed cf.:

e.P. 1.10.$_{27}$ *parvus* in exiles *sucus* mihi pervenit artus.

F. 3.14.$_{34}$ fons infecundus *parva*que *vena* fuit. cf. praeterea T. 5.12.$_{62}$.

resedit] scribere malim cum Bentleio *residet,* quod magis ex usu Ovidiano videtur esse.

---

193. certus in hospitibus non est amor: errat, ut ipsi
cumque nihil speres firmius esse, fugit.

speres esse] cf.:

R.A. 685 desinimus tarde, quia nos *speramus amari.*

A. 1.5.$_{8}$ qua timidus latebras *speret habere* pudor.

M. 1.$_{586}$ alter inhaesuro similis iam iamque *tenere sperat.*

---

195. *Hypsipyle*] cf. her. 6.$_{8\ 59\ 153}$. — *Minoïa virgo*] hic solum; de adiectivo *Minoïus* autem cf.:

F. 3.$_{81}$ Pallada Cecropidae, Minoïa Creta Dianam.

---

ad v. **197** sqq. cf. 16.$_{95-98}$.

---

198. diceris Oenonen destituisse tuam cf.:

her. 5.$_{32}$ sustinet Oenonen deseruisse Paris.

diceris] quid hic sibi velit *diceris* non videmus, praesertim cum in versu insequente dicat Helene: *nec tamen ipse negas;* videtur autem mihi hic eadem de causa positum *diceris* atque in versu 42 *dicuntur.*

---

199. nec tamen ipse negas.

negas] absolute positum cf.:

F. 5.$_{295}$ annua credideram spectacula facta. *negavit.*
et nobis omnia de te
quaerere, si nescis, maxima cura fuit.

hic quae conferantur, digna videntur

her. 5.$_{130}$ unde hoc compererim tam bene, quaeris? amo.

---

200. quaerere *si nescis* maxima cura fuit. cf.:
F. 5.$_{229}$ Mars quoque *si nescis* per nostras editus artes.
e.P. 3.3.$_{28}$ quae sunt *si nescis* invidiosa tibi.

---

201. adde quod, ut cupias constans in amore manere,
non potes: expediunt iam tua vela Phryges.

respicit hoc distichon XVI 331 sq.

cur Paris non *possit* constans manere in amore hisce ex versibus omnino non intellegitur; nam illud *expediunt iam tua vela Phryges* nihil momenti affert; nisi vero quis dicat Paridem classi non classem Paridi parere debuisse; immo praemissis illis verbis *ut cupias constans in amore manere* illud *non potes* adici non debuit, nisi deos ipsos rem illam impedientes facturus erat poeta; quod cum poeta neque facturus esset neque facere posset — nam Venus ipsa Paridis amori favebat — illud *non potes* erat omittendum; nam omni sensu caret; pro *non potes* exspectamus *non eris*; nam si legeremus:

adde quod, ut cupias constans in amore manere,
non eris: expediunt iam tua vela Phryges

illud quoque *expediunt iam tua vela Phryges* certe aliquid momenti afferret. nam Helena haec fere diceret: primum certus in hospitibus non est amor, deinde iam te ipsum infidum praebuisti, cum Oenonen destituisti; denique iam nunc non eris fidus, etsi cupis constans in amore manere, pro tua inconstantia, quae iam ex eo perspici potest, quod expediunt iam tua vela Phryges.

constans manere] hic solum — *constans in*] cf.:
T. 5.8.$_{18}$ et tantum *constans in* levitate sua est.

expediunt vela] hic solum. – *Phryges*] cf.:
M. 12.$_{70}$ nec *Phryges* exiguo, quid Achaica dextera posset sanguine senserunt.

---

203. *nox sperata]* hic solum; sed cf.:
e.P. 4 12.$_{42}$ ne *sperata* meam deserat *aura* ratem.

M. $2._{862}$ gaudet amans, et dum veniat *sperata voluptas.*
M. $3._{389}$ ibat ut iniceret *sperato* brachia *collo.*
e.P. $1.4._{54}$ *sperato* nunquam *conloquisque* frui.
M. $8._{55}$ nam pereant potius *sperata cubilia.*
M. $4._{368}$ perstat Atlantiades, *sperata*que *gaudia* nymphae denegat.

---

204. *ventus fert in]* hic solum.

---

205. cursibus in mediis novitatis plena relinques
gaudia: cum ventis noster abibit amor.

cursibus in mediis] hic solum; sed cf.:

R.A. 430 in cursu qui fuit, haesit amor. cf. praeterea A. $1.8._{109}$ her. $6._{89}$.

novitatis plena] hic solum; sed cf.: *novitas:* F. $1._{160}$ $3._{435}$ e.P. $4.13._{24}$. *novitatis* M. $15._{508}$ *novitate* M. $4._{284}$ $2._{27}$ $8._{681}$ $7._{958}$ $11._{127}$ $12._{175}$ $8._{156}$ T. $2._{505}$ e.P. $1.1._{13}$ $3.5._{14}$.

---

206. cum ventis noster abibit amor.

amor noster] noster pro gen. obiect. cf.:

her. $3._{12}$ quaerebant taciti, noster ubi esset amor.
her. $5._{89}$ denique tutus amor meus est tibi.

---

207. *Pergama*] cf. M. $14._{467}$ $13._{374}$ A.a. $1._{478}$ her. $1._{51}$ M. $13._{520}$ F. $1._{525}$ $6._{100}$ M. $13._{168}$ $15._{442}$ $13._{507}$ A. $2.12._{9}$ R.A. 66 A.a. $2._{139}$ M. $13._{349}$ M. $12._{445}$ $13._{320}$ $12._{591}$.

Pergama visam] hic *visere* idem significat ac *visere et ibi manere;* cf.:

T. $5.2._{61}$ arva relegatum iussisti *visere* Ponti.
T. $3.2._{1}$ ergo erat in fatis Scythiam quoque *visere* nostris.

---

208. pronurus et magni Laumedontis ero.

pronurus] hic solum.

magni Laumedontis] hic solum; sed cf.: *magnus Achilles* A. $1.9._{33}$ A.a. $2._{711}$ M. $8._{309}$ $12._{163}$ $12._{615}$ $13._{130}$ $_{133}$

$_{134}$ T. 1.8.$_{29}$. *magnus Agamemnon* M. 15.$_{855}$ *magnus Arcas* F. 1.$_{470}$. *magnus Cinyras* M. 13.$_{338}$. *magnus Creon* her. 12.$_{54}$. *magnus Hector* M. 12.$_{446}$. *magnus Hercules* M. 9.$_{134}$. permulta alia exstant exempla.

---

209. non ita contemno volucris praeconia famae,
ut probris terras impleat illa meis.

pro *ut impleat illa* expectamus *ut patiar illam implere;* nam »non ita contemn*o*, ut imple*at*« non satis mihi inter sese cohaerere videntur.

volucris famae] hic solum. — *praeconia famae*] hic solum.
ut probris terras impleat] hic solum; sed cf.:

M. 9.$_{135}$ actaque magni
Herculis implerant terras odiumque novercae.

---

211. *Sparte]* cf. her. 1.$_{65}$ F. 3.$_{83}$ 6.$_{48}$ M. 15.$_{426}$ 10.$_{170}$ *Achaïa]* cf. M. 4.$_{605}$ 13.$_{325}$ 12.$_{70}$ her. 8.$_{13}$.

---

212. *Troia*] cf. her. 5.$_{139}$ 8.$_{104}$ 13.$_{121}$ multa alia.

---

213. quid Priamus de me, Priami quid sentiet uxor.
sentire de] hic solum.
pro *sentiet* cum Bentleio legere malim *sentiat.*

---

214. *Dardanidesque nurus*] cf.:
M. 13.$_{412}$ Dardanides matres. cf. praeterea quae adnotavi ad 16.$_{185}$.

---

215. tu quoque, qui poteris fore me sperare fidelem.
cf. quae sunt eadem de re:

her. 5.$_{99}$ nec tibi, si sapias, fidam promitte Lacaenam.
quae sit in amplexus tam cito versa tuos;
ut minor Atrides temerati foedera lecti
clamat et externo laesus amore dolet,
tu quoque clamabis.

qui] = quomodo; hic solum.

216. et non exemplis anxius esse tuis.
exemplis] pro exemplo cf.:
M. $9._{507}$ cur haec *exempla* paravi.
A.a. $2._{575}$ quam mala, sol, *exempla* moves. cf. quoque M. $4._{430}$.

---

218. is tibi solliciti *causa timoris* erit. cf.:
F. $5._{248}$ ira Iovis magni *causa timoris* erat.
A. $1.4._{42}$ illa mihi caeci *causa timoris* erunt.
T. $3.4._{70}$ adloquar et nulli *causa timoris* ero. cf. Eschenb. p. 20.
is tibi *solliciti* causa *timoris* erit. cf.:
her. $1._{12}$ res est *solliciti* plena *timoris* amor.
her. $8._{76}$ omnia *solliciti* plena *timoris* erant.
her. $13._{122}$ spes bona *sollicito* victa *timore* cadit.

---

219. ipse mihi quotiens iratus »adultera« dices.
mihi dices »adultera«] = me vocabis adulteram; *dicere* illo sensu non adhibere solet Ovidius.

---

221. *reprehensor*] hic solum; sed aliis quoque locis multa invenimus nomina substantiva, quorum ultima syllaba exit in »or« cf.: repertor her. $5._{151}$ F. $2._{329}$ $3._{762}$, repetitor her. $8._{19}$, errator her. $9._{55}$, cognitor A. $1.12._{24}$, lusor A.a. $1._{451}$ T. $3.3._{73}$, procurator A.a. $1._{587}$, simulator A.a. $1._{614}$ $2._{311}$, cultor, amator A.a. $1._{722}$, lector A.a. $2._{283}$ T. $3._{19}$ $4.1._{2}$, natator R.A. 122, speculator T. $3.9._{11}$, fossor e.P. $1.6._{31}$, violator e.P. $2.2._{27}$, probator e.P. $2.2._{106}$, successor e.P. $4.9._{58}$ F. $5._{77}$, servator e.P. $4.15._{41}$, contemptor F. $3._{49}$.

---

223. *cultus beatus*] hic solum. — *cultus*] cf.: her. $5._{66}$ $8._{95}$ $9._{69}$ $_{102}$ $10._{59}$ $12._{20}$. ad v. 223 cf. $16._{387}$.

---

224. donaque promissis uberiora feram?
dona feram] unum solum inveni apud Ovidium locum, ubi *dona ferre* idem significat ac *dona auferre* cf.:
F. 3_{505} illa ego sum, cui tu solitus promittere caelum.
ei mihi, pro caelo qualia *dona fero*.

ceteris omnibus locis *dona ferre* idem significat ac *dona adferre* cf.: her. 1.$_{27}$ 6.$_{77}$ M. 5.$_{655}$ 7.$_{160}$ 8.$_{445}$ F. 5.$_{425}$ T. 2.$_{48}$ A. 3.9.$_{50}$ F. 2.$_{545}$.

---

225. purpura nempe mihi pretiosaque texta dabuntur.
purpura] cf.:
e.P. 3.4.$_{24}$ quod mihi defuerit, *purpura*que illa, queror.
e.P. 4.9.$_{26}$ spectarem, qualis *purpura* te tegeret.
nempe] cf.:
her. 9.$_{61}$ *nempe* sub his animam pestis Nemeaea lacertis edidit.
M. 2.$_{474}$ haud impune feres, adimam tibi *nempe* figuram.
textaque] cf.:
e.P. 3.4.$_{110}$ *texta*que fortuna divitiora sua.
her. 9.$_{163}$ inlita Nesseo misi tibi *texta* veneno.

---

226. congestoque auri pondere dives ero.
congesto pondere] hic solum. — *pondus* auri] hic solum.

---

227. da veniam fassae: non sunt tua munera tanti:
da veniam fassae] cf.:
her. 4.$_{156}$ *da veniam fassae* duraque corda doma.
e.P. 1.7.$_{22}$ *da veniam fasso.* tu mihi Caesar eras.
e.P. 4.2.$_{38}$ *da veniam fasso,* studiis quoque frena remisi.

multa alia exstant exempla, cf. Eschenb. p. 3 et quae ad v. 108 adnotavi.

non sunt tua munera tanti.
tanti] absolute positum. cf.:
A.a. 3.$_{505}$ »i procul hinc« dixit »non es mihi tibia *tanti.*«
M. 6.$_{386}$ »a! piget, a! non est« clamabat »tibia *tanti.*«
her. 1.$_{4}$ vix Priamus *tanti* totaque Troia fuit.
A.a. 3.$_{610}$ ne *tanti* noctes non putet esse tuas.

---

228. nescio quo tellus me tenet ipsa modo.
hic mihi quae conferantur, digna videntur:
T. 3.3.$_{8}$ terraque nescio quo non placet ipsa modo.

cf. 228 — T. 3.3.$_{8}$
nescio quo modo — nescio quo modo.
tellus ipsa — terra ipsa.
tenet — placet.

mira similitudo! sed Ovidium ipsum ex illis epistulis, quae *tristia* inscribuntur, totos versus sumpsisse et eos paululum mutatos in *carmine amatorio* adhibuisse ne ii quidem contendent, qui hasce epistulas (her. 16—21) ab Ovidio in summa senectute compositas esse dicunt; nisi vero quis putet fieri posse, ut vir gravissimo dolore affectus quasi iocans eisdem fere verbis utatur, quibus paulo ante de illo ipso acerbissimo dolore questus est.

nescio quo] cf. quae adnotavi ad v. 186.

nescio *quo* tellus me tenet ipsa *modo*] cf. quae adnotavi ad 16.$_{14}$.

Phrygiis in oris] hic solum; sed. cf.:
M. 8.$_{162}$ non secus ac liquidus *Phrygiis* Maeandros *in arvis.*

---

231. omnia Medeae fallax promisit Iason:
pulsa est Aesonia num minus illa domo?

promisit] exspectamus *promiserat*

---

232. *pulsa est domo*] cf. F. 3.$_{559}$ pellitur Anna domo.

pulsa] cf. her. 9.$_{131}$ M. 5.$_{511}$ A. 2.17$_{4}$ M 2.$_{525}$ F. 6.$_{362}$ M. 7.$_{290}$ M. 10.$_{205}$ e.P. 2.5.$_{53}$ 2.11.$_{6}$ 4.10.$_{23}$ M. 7.$_{703}$.

pulsa est Aesonia num *minus* illa domo
conferendum videtur.
T. 1.2.$_{74}$ ut mihi parcatis, num *minus* exul ero.

Aesonia domo] cf.: her. 12.$_{136}$ ausus es *Aesonia* dicere cede *domo.*

---

233. non erat Aeetes, ad quem despecta rediret,
non Idyia parens Chalciopeque soror.

Aeetes] hic solum; cf. contra Aeeta M. 7.$_{170}$. — *Idyia*] hic solum. — *Chalciope*] hic solum.

---

235. *tale nihil timeo*] cf.:
T. 5.12.$_{67}$ sic utinam, quae *nil metuentem tale* magistrum
perdidit, in cineres Ars mea versa foret.

---

236. fallitur augurio spes bona saepe suo.
augurio fallitur] hic solum. – *spes fallitur*] hic solum. — *spes bona]* cf.:
her. 11.$_{68}$ spes bona det vires.
her. 13.$_{122}$ spes bona sollicito victa timore cadit.

---

237. omnibus invenies, quae nunc iactantur in alto,
navibus a portu lene fuisse fretum.
qui versus mihi propius ad usum Ovidianum accedere viderentur, si aut cum versu antecedente *fallitur augurio spes bona saepe suo*, quem illustrant, essent coniuncti aut certe uno disticho aucti.

---

238. *a* portu lene fuisse fretum. cf.:
M. 13.$_{8}$ *a* classe fugare flammas. A.a. 2.$_{337}$ *a* litore dare carbasa. A. 3.2.$_{21}$ *a* dextra M. 12.$_{336}$. *a* dextra laevaque M. 1.$_{25}$ 7.$_{499}$. *a* dextra M. 5.$_{252}$ 3.$_{161}$. *a* parte laeva M. 4.$_{654}$. *a* tergo A. 3.1.$_{70}$ F. 6.$_{236}$ 3.$_{508}$ M. 7.$_{359}$ F. 1.$_{93}$.
lene fretum] hic solum; cf. contra M. 14.$_{558}$ molle fretum.

---

239. fax quoque me terret, quam se peperisse cruentam
ante diem partus est tua visa parens.
Jam Trillhasius »der Infinitiv bei Ovid« docuit alienum esse ab usu Ovidiano, quod hic poeta constructionem acc. c. inf. pendentem fecit ex *visa est;* cui plane adsentior, nam ne unum quidem exemplum huiusce generis apud Ovidium inveni. deinde in v. 240 *est* tam gravi versus loco positum defendi non potest. ad v. 239 sqq. cf. 16.$_{47}$ sqq.

---

241. et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsurum praemonuisse ferunt.
monitus] cf. F. 3.$_{167}$ M. 2.$_{103}$ F. 1.$_{297}$ A.a. 3.$_{750}$.

igne] cf. her. $3._{64}$ $4._{15}$ $5._{152}$ $7._{133}$ $9._{156}$ $11._{106}$ $12._{140}$ $14._{9}$ M. $1._{498}$ $_{281}$ $3._{438}$ $4._{195}$ $9._{465}$ $10._{450}$ $12._{277}$ $_{296}$ $15._{674}$ A.a. $1._{244}$ $2._{440}$ R.A. 188. 244. T. $1.1._{82}$ $1.7._{16}$ $2._{268}$ $_{333}$ $3.5._{7}$ $3.13._{16}$ $4.2._{4}$ $5.3._{30}$ $5.5._{12}$ $5.12._{61}$. e.P. $1.7._{46}$ $1.3._{18}$ $3.3._{60}$. F. $3._{504}$ $4._{556}$. $_{698}$; nomina substantiva rarissime Ovidius in casu ablativo in *i* exeuntia facit, nomina adiectiva plerumque; sed cf. quoque her. $8._{64}$; participia hic illic cf. M. $5._{110}$ absenti, M. $10._{526}$ exstanti.

igne *Pelasgo*] cf. M. $13._{572}$, *Pelasgi* hostes, M. $12._{612}$ *Pelasgum* nomen, M. $13._{268}$ *Pelasga* classis, M. $12._{7}$ *Pelasga* gens, A.a. $2._{421}$ *Pelasga* urbs M. $7._{49}$, *Pelasga* quercus A.a. $2._{541}$.

Ilion arsurum praemonuisse]

praemonere coniunctum cum acc c. inf.] hic solum; omnibus ceteris locis videmus *praemonere* aut absolute positum aut coniunctum cum casu accusativo obiecti aut cum coniunctivo verbi insequentis, cf.:

A. $2.19._{47}$ iamque ego *praemoneo*, nisi tu servare puellam
incipis, incipiet desinere esse mea.
her. $13._{97}$ hoc quoque *praemoneo*. — M.$15._{785}$ *praemonuisse* nefas.
T. $5.1._{16}$ *praemoneo*, numquam scripta modesta legat.

---

243. *Cytherea*] cf. quae adnotavi ad $16._{20}$. — *habet aperta*] cf. quae adnotavi ad v. 10.

---

244. parta per arbitrium *bina tropaea* tuum. cf.:

her. $4._{66}$ ponite de nostra *bina tropaea* domo.
R. A. 158 et refer ad patrios *bina tropaea* deos.

bina] cf.:

her. $8._{80}$ instant officio nomina *bina* tuo.
A.a. $2._{72}$ hinc data sunt miserae corpora *bina* fugae.
F. $2._{418}$ et fingit lingua corpora *bina* sua.

---

245. sic illas vereor, quae, si tua gloria vera est,
iudice te causam non tenuere duae.

hic mihi quae conferantur digna videntur:

F. 4.$_{121}$ caelestesque duas Troiano iudice vicit [Venus].
a! nolim victas hoc meminisse deas.

A.a. 1.$_{625}$ nam cur in Phrygiis Iunonem et Pallada silvis
nunc quoque iudicium non tenuisse pudet?

causam tenuere] cf.:

M. 13.$_{190}$ difficilem *tenui* sub iniquo iudice *causam*.

iudice te causam non tenuere *duae*] cf.:

F. 6.$_{100}$ plus laedunt, quam iuvet una, *duae*

nam hic quoque *duae* deae oppositae sunt *uni* Veneri; quod quo magis eluceret *duae* ultimo versus loco posuit poeta.

---

247. nec dubito, quin, te si prosequar (persequar), arma parentur.
ibit per gladios, ei mihi! noster amor.

hisce in versibus multa inesse, quae abhorreant ab usu Ovidiano, iam Sedlmayer comm. p. 63 ostendit: »Mir waren nämlich v. 248 sowie sein Vorgänger schon längst verdächtig erschienen; in v. 247 ist die Ausdrucksweise höchst prosaisch; in 248 dagegen wieder ziemlich dürftig; besonders jenes ei mihi in der zweiten Hälfte des Verses nimmt sich ganz wie ein Lückenbüsser aus. Da nun hinzukommt (cf. Leo), dass es an dieser Stelle auch sprachlich unmöglich ist, so wird man wohl keinen Anstand nehmen, v. 247 als unecht auszuscheiden. Der Grund dieser Einfügung liegt auf der Hand; es erschien einem schwerfällig denkenden Grammatiker ein Uebergang von den Gefahren, welche von Seiten der verschmähten Göttinnen drohen (245) auf die eines Krieges mit Griechenland (249) erforderlich; jedoch mit Unrecht; denn gerade in diesem Briefe sind rasche Uebergänge von einem Punkte auf den andern zulässig, da derselbe ein antwortender ist, in welchem das Verständniss des Einzelnen durch den vorausgehenden Brief wesentlich erleichtert wird; v. 249 f. beziehen sich auf v. 235 f. des vorigen Briefes.« pauca liceat adicere: *prosequor* sive *per*-

sequor aliquem = *sequor aliquem* sive *abeo cum aliquo* nullo apud Ovidium loco legimus; deinde: *ibit per gladios noster amor* hic solum exstat, nec in toto Ovidio ullum inveni locum, qui simile quidquam exhibeat; sed non cum Sedlmayero haec interpolatori vitio do sed poetae, id est Ovidii imitatori.

---

249. an fera *Centauris* indicere bella coegit. cf.:
M. $9._{191}$ nec mihi *Centauri* potuere resistere.
M. $2._{636}$ filia *Centauri,* quam quondam nympha Chariclo.
cf. quoquo M. $12._{536}$ $_{219}$.

---

250. Atracis *Haemonios* Hippodamia viros. cf.:
M. $12._{81}$ mortis, ab *Haemonio* quod sis iugulatus Achille.
M. $2._{599}$ quem invene *Haemonio* vidisse Coronida narrat.
M. $7._{132}$ in caput *Haemonii* iuvenis torquere parantes.
M $12._{353}$ Thereaque, *Haemoniis* qui prensos montibus ursos.
M. $11._{652}$ pervenit *Haemoniam,* positisque e corpore pennis.
M. $5._{306}$ perque tot *Haemonias* et per tot Achaidas urbes.
A. $2.9._{7}$ quid, non *Haemonius,* quem cuspide perculit, heros.
A $2.1._{32}$ raptus et *Haemoniis* flebilis Hector equis.
A.a. $2._{136}$ sparsimus, *Haemonios* dum vigil optat equos.
A a. $1._{6}$ Tiphys in *Haemonia* puppe magister erat.
R.A. 249 viderit, *Haemoniae* siquis mala pabula terrae.
A. $2._{99}$ fallitur, *Haemonias* si quis decurrit ad artes.
her. $6._{23}$ nuper ab *Haemoniis* hospes mihi Thessalus oris.
her. $12._{127}$ sospes ad *Haemonias* victorque reverteris urbes.
T. $3.11._{28}$ tractus ab *Haemonio* non erat Hector equo.
T. $1\ 10._{30}$ Cyzicon, *Haemoniae* nobile gentis opus.
F. $2._{40}$ caede per *Haemonias* solvit Acastus aquas.
sed cf. quoque: F. $5._{400}$ M. $2._{81}$ $12._{213}$ $7._{159}$ T. $4.1._{16}$.
Atracis Haemonios Hippodamia viros. cf.:
A. $1.4._{8}$ *Atracis* ambiguos traxit in arma viros.

Hippodamia] cf. quae ad $16._{266}$ adnotavi. de toto versu 250 cf. quae ad v. 56 adnotavi.

---

251. tu fore iam iusta lentum Menelaon in ira
et geminos fratres Tyndareumque putas?

lentus] cf.:

R.A. 773 quid Menelae doles? ibas sine coniuge Creten,
et poteras nupta *lentus* abesse tua?

A. 1.6.$_{41}$ 2.19.$_{51}$: *lentus es.*

her. 8.$_{18}$ rapta coniuge *lentus eris?*

A. 3.6.$_{59}$ ille habet et silices et vivum in pectore ferrum,
qui tenero lacrimas *lentus* in ore videt.

---

252. *Tyndareum*] cf.:

her. 8.$_{31}$ me tibi *Tyndareus*, vita gravis auctor et annis tradidit.

---

253. quod bene te iactes et fortia facta loquaris.

te iactes] cf.:

her. 12.$_{177}$ forsitan et, stultae dum *te iactare* maritae.

T. 4.3.$_{53}$ tempus ubi est illud, quo *te iactare* solebas.

fortia facta] cf.:

M. 12.$_{575}$ nec tamen ulterius, quam *fortia facta* silendo
ulciscor fratres.

T. 2.$_{412}$ infregisse suis *fortia facta* modis.

e.P. 4.7.$_{32}$ *fortia* ne possint *facta* latere caves.

facta loquaris] cf.:

M. 6.$_{545}$ ipsa pudore proiecto tua *facta loquar.*

---

254. a verbis facies dissidet ista suis.

ista = dies dein] cf.:

her. 7.$_{35}$ fallor et *ista* mihi falso iactatur imago.

her. 12.$_{82}$ et si forte aliquos gens habet *ista* deos.

pro *suis* cum Bentleio legere malim *tuis,* nam illud *a verbis facies dissidet ista suis* sensu videtur carere.

---

255. apta magis Veneri, quam sunt tua corpora Marti.

corpor*a*] cf.:

T. 3.8.$_{24}$ ei mihi perpetuus corpor*a* languor habet.
M. 11.$_{564}$ illius ante oculos ut agant sua corpor*a* fluctus, optat.
cf. quoque M. 7.$_{684}$ her. 6.$_{129}$:
spargere quae fratris potuit lacerata per agros corpor*a*.

---

256. *bella gerant* fortes: tu Pari semper *ama*. cf.: her. 13.$_{82}$ *bella gerant* alii: Protesilaus *amet;* mira similitudo!

---

257. Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto.
cf. 16.$_{368}$ her. 5.$_{93}$:
quae si sit Danais reddenda, vel Hectora fratrem
vel cum Deïphobo Polydamanta roga.
her. 13.$_{63}$ Hectora nescio quem timeo: Paris Hectora dixit
ferrea sanguinea bella movere manu.
Hectora quisquis is est, si sum tibi cara, caveto.

---

258. militia est operis altera digna tuis.

pro *digna* cum Bentleio exspecto *danda;* sed totus hic versus friget; nam idem affert, quod multo elegantius dictum iam legimus in v. 256:

bella gerant fortes; tu, Pari, semper ama.
militia est *operis* altera digna *tuis*. cf.:
A.a. 1.$_{366}$ tum facies *opera,* ne sit inulta, *tua*.

---

259. his ego, si saperem, pauloque audacior essem,
uterer — utetur, siqua puella sapit. —

si saperem] cf. *si saperem* T. 2.$_{13}$, *si sapis* A. 3.2.$_{9}$ 3.4.$_{43}$ R. A. 372, *si sapies* M. 14.$_{675}$, *si sapias* her. 5.$_{99}$ A. 1.4.$_{29}$, *si sapiat* R. A. 477.

audac*ior*] hic solum inveni.

siqua] cf. A. 3.4.$_{3}$ *si qua* metu dempto casta est, ea denique casta est.

---

261. aut ego deposito sapiam fortasse pudore.

quo in versu emendando Birtium sequor, qui servavit, quod exhibent P.G.V. *faciam* et pro *aut ego* scribit *sic ego*:

sic ego deposito faciam fortasse pudore.

*de*posito pudore] cf.: M. $10._{117}$ pavore *de*posito.

---

262. et dabo cunctatas tempore victa manus.

cunctatas] nihil certi ex eo, quod exhibet P. *cunctas*, conici posse puto nisi *cunctatas* sive *cunctantes;* sed *manus cunctatas* hic solum legimus, nam cunctantia solum animalia facit Ovidius. cf.: M. $2._{105}$ $5._{32}$ $8._{758}$ $10._{462}$ $4._{651}$ A. $2.19._{12}$ $3.5._{25\cdot 41}$.

tempore victa] cf.:

her. $2._{102}$ ut tua sit solo *tempore* lapsa fides.

her. $7._{181}$ dum freta mitescunt et amor, dum *tempore* et usu
fortiter edisco tristia posse pati.

A.a. $1._{471}$ *tempore* difficiles veniunt ad aratra iuvenci.
tempore lenta pati frena docentur equi.

A.a. $1._{477}$ Penelopen ipsam, persta modo, *tempore* vinces.

A.a. $2._{357}$ lentescunt *tempore* curae. cf. praeterea T. $4.6_{1\cdot 3\ 5}$.

---

263. *praesentes loquamur*] cf.:

A.a. $1._{468}$ blanda tamen, *praesens* ut videare *loqui.*

ad v. 263 sqq. cf. $16._{319}$ sqq.

---

264. *quid captes*] cf. A.a. $2._{597}$ *ista* viri *captent.*

conloquiumque voces] cf.:

M. $2._{559}$ *timidas vocat* una *sorores.*

M. $5._{452}$ constitit ante deam, risitque *avidamque vocavit.*

M. $11._{539}$ *vocat* ille *beatos.*

R. A. 419 forsitan haec aliquis — nam sunt quoque — *parva vocabit.*

R. A. 225 *dura* aliquis praecepta *vocet* mea.

R. A. 523 et quisquam praecepta potest mea *dura vocare.*

F. $3._{487}$ Thesea culpabas, *fallacemque* ipse *vocabas.*

e.P. $4.8._{12}$ et quae te *generum,* me *vocat* illa *virum.*

---

265. sed nimium properas] cf.:
F. 2.$_{855}$ saepe tamen, Procne, nimium *properasse* quereris.

---

266. *sit forsan*] cf.:
her. 1.$_{77}$ *forsitan* et narres.
her. 4.$_{53}$ *forsitan* hunc generis fato redd*amus* amorem.
her. 7.$_{185}$ *forsitan* et gravidam Dido, scelerate, relinqu*as*.
her. 10.$_{85}$ *forsitan* et fulvos tellus al*at* ista leones.
her. 12.$_{177}$ *forsitan* fing*as*. — sed cf. quoque:
her. 2.$_{14}$ nec ten*uit* cursus *forsitan* ille tuos.
her. 2.$_{104}$ te iam ten*et* altera coniunx
forsitan et nobis qui male favit amor.
her. 9.$_{131}$ *forsitan* et pulsa Aetolide Deïanira
nomine deposito paelicis uxor *erit*.
cf. A. Kunz, de Ovid. medic. faciei p. 54 sq. et Leo observat. crit. de Senecae trag. p. 63.

amicus] nomen adiectivum. cf.:
her. 10.$_{122}$ nec positos artus unguet *amica manus*.
T. 3.3.$_{44}$ labentes oculos condet *amica manus*.
M. 7.$_{459}$ ante tamen bello *vires* acquirit *amicas*.

---

267. hactenus. arcanum furtivae conscia mentis.
mens furtiva] hic solum.
hactenus arcanum furtivae conscia mentis. cf.:
her. 6.$_{63}$ *hactenus*. et lacrimis in falsa cadentibus ora.
arcanum opus] hic solum.
littera conscia] hic solum. — *littera sistat opus*] hic solum.

---

268. *sistat opus*] cf.:
M. 3.$_{153}$ *sistite opus* praesens, nodosaque tollite lina.

lasso pollice] hic solum; sed cf.: *lassa manus* her. 10.$_{145}$ 14.$_{131}$; *lassi ocelli* A. 3.5.$_{1}$; *lassi passus* M. 14.$_{120}$; *lassum mentum* e.P. 2.3.$_{39}$; *lassa corpora* R.A. 414; *lumina* M. 7.$_{579}$; *ossa* A. 1.2.$_{4}$; *pectora* her. 13.$_{48}$.

---

269. cetera per socias Clymenen Aethramque loquamur,
quae mihi sunt comites consiliumque duae.

socius] nomen adiectivum cf.: M. $13._{949}$ A.a. $2._{377}$ A. $1.10._{36}$ $2.14._{32}$ R.A. 60 A.a. $1._{143}$ A. $1.9._{6}$ $3.6._{82}$ A.a. $1._{566}$; her. $2._{33}$ M. $9._{795}$ A. $2.11._{7}$; M. $3._{352}$ T. $5.10._{35}$ M. $14._{662}$; F. 2_{618} her. $4._{62}$ A. 3.15_{10} A.a. $1._{492}$ M. $13._{375}$ F. $5._{496}$; F. $1._{608}$ M. $5._{377}$ her. $11._{123}$ F $6._{73}$.

loquamur per] cf.:
A.a. $1._{137}$ nil opus est digitis, *per quos* arcana *loquaris*.

---

270. *consilium sunt*] hic solum; sed cf.:
her. $1._{96\ 104\ 110}$ $3._{62\ 90}$ $12._{78}$.

Pertractatis epistulis ipsis iam, quae invenerimus, videamus: exstant igitur multae similitudines inter ep. 16 et 17 et scripta Ovidii; sed nihil hac ex re concludi potest; nam et ei, qui Ovidii carmina imitari volebat, saepius ea erant legenda, ita ut necesse esset eum permulta memoria retinere, et nisi essent similitudines, epistulae illae nunquam genuinae putatae essent.

Quamquam igitur haec nihil attinent ad rem, quam nos agimus, tamen, cum hac via optime perspicere possimus, quomodo, qui hanc scripsit epistulam, Ovidium sit imitatus, liceat singulos locos afferre, qui consentiunt cum Ovidii scriptis; cf. igitur: 16.$_{34}$—e.P. 3.4.$_{110}$; 16.$_{53}$—A. 1.14.$_{11}$; 16.$_{115}$—F. 2.$_{463}$; 16.$_{138}$—her. 5.$_{36}$; 16.$_{145}$—T. 5.6.$_{42}$; 16.$_{190}$—her. 12.$_{26}$; 16$_{199}$—M. 2.$_{90}$; 16.$_{201}$—A. 1.13.$_{11}$; 16.$_{312 \cdot 316}$—A. 3.14.$_{30}$ A.a. 2.$_{371}$; 16.$_{330}$—T. 5.4.$_{20}$; 16.$_{341}$—her. 5.$_{89}$; 17.$_{47}$ — A. 1.3.$_{22}$; 17$_{49}$ – e.P. 3.3.$_{75}$; 17.$_{48-50}$ — her 7.$_{108 \cdot 111}$; 17$_{81}$ – A. 1. 4.$_{31}$ A.a. 1.$_{575}$ A. 1.4.$_{19}$ 2.5.$_{15}$ 3.11.$_{23}$ A.a. 1.$_{500 \cdot 569}$; 17.$_{89}$ — T. 2.$_{454}$; 17.$_{90}$ — M. 1.$_{649}$ T. 2.$_{454}$; 17.$_{98}$ — her. 5.$_{102}$; 17.$_{110}$ — her. 2.$_{9}$; 17.$_{132}$ — F. 3.$_{350}$; 17.$_{164}$ – her. 5.$_{52}$ 13.$_{14}$; 17.$_{175}$— M. 7.$_{716}$; 17.$_{182}$ — her. 4.$_{64}$; 17.$_{215}$ — her. 5.$_{99}$; 17.$_{228}$ — T. 3.3.$_{8}$; 17.$_{256}$ — her. 13.$_{82}$; 17.$_{257}$ — her. 5.$_{93}$.

Deinde conferenda videntur, quae in commentario ipso attuli de usu et collocatione nonnulorum verborum; cf. igitur, quae adnotavi ad: 16.$_{1 \cdot 7 \cdot 11 \cdot 14 \cdot 45 \cdot 47 \cdot 51 \cdot 54 \cdot 87 \cdot 107 \cdot 108 \; 112 \cdot 114 \cdot 117 \cdot 118 \cdot 125 \cdot 127 \cdot 135 \cdot 139 \cdot 140 \cdot 141 \cdot 142 \; 151 \cdot 154 \cdot 156 \cdot 159 \cdot 160 \cdot 169 \cdot 182 \cdot 187 \cdot 195 \cdot 198 \cdot 203 \cdot 210 \cdot 213 \cdot 214 \cdot 215 \cdot 219 \cdot 220 \cdot 225 \cdot 237 \cdot 263 \cdot 273 \cdot 276 \cdot 283 \cdot 284 \cdot 292 \cdot 308 \cdot 316 \cdot 320 \cdot 327 \cdot 336 \cdot 348 \cdot 365 \cdot 367 \cdot}$ 17.$_{7 \cdot 28 \cdot 59 \cdot 66 \cdot 118 \cdot 142 \cdot 153 \cdot 157 \cdot 162 \cdot 182 \cdot 184 \cdot 200 \cdot 218 \cdot 227 \cdot 244 \cdot 249 \cdot 250 \cdot 267 \cdot}$

Quibus praemissis de locis, qui habent aliquam similitudinem cum scriptis Ovidianis, iam transeamus ad ea, quae sunt aliena ab usu Ovidii, sed ita, ut initium faciamus a levioribus et sensim progrediamur ad graviora et gravissima.

Leviora igitur videntur ea, quae adnotavi ad: $16._1$ hanc. $16._7$ totum vers. $16._9$ rebus. $16._{13}$ recepta. $16._{30}$ petita. 16_{175} Pliada. $17._{93}$ si peccatura fuissem, flecterer.

Deinde inepte dicta videntur: $16._{70}$ una duas. $16._{74}$ omnes: dictum de tribus deis. $16._{74}$ vereri. $16._{88}$ victorem pedem. $16._{89}$ interea. $16._{118}$ iubebar. $16._{122}$ vellent rates. $16._{133}$ forma pro Helena. $16._{149}$ qui noverat omnia Theseus. $16._{169}$ $_{190}$. $_{191}$ toti versus. $16._{221}$ paenitet. $16._{225}$ tempora verborum. $16._{228}$. $_{277}$ toti v. $16._{293}$ fieri pro esse aut potes pro poteras. $16._{317}$ viduo. $16._{285}$ an pudet et metuis = 325 si pudet et metuis. $16._{350}$ t. v. $16._{208}$. $_{358}$ anteferendus erit. $17._{87}$ nullo murmure dixi. $17._{129}$ vox quod cupit. $17._{209}$. $_{210}$ $_{258}$ t. v.

Sed iam transeamus ad graviora; repugnant igitur contra usum Ovidianum: $16._{10}$ nuntia n. $16._{33}$ spectator. $16._{34}$ totus. $16._{45}$ asyndeton. $16._{45}$ ingentem flammiferam facem: nulla copula inter se coniuncta. $16._{58}$. $_{59}$ t. v. $16._{61}$ alis actus (Mercurius). $16._{77}$ t. v. $16._{107}$ pleonasmus. $16._{118}$ protinus iubebar. $16._{142}$ nescia de. $16._{183}$ pleonasmus. $16._{259}$ primus c. gen. $16._{261}$. $_{262}$ t. v. $16._{356}$ pleonasmus. $16._{377}$ asyndeton. $17._{21}$ sententia interrogativa pendens ex admirari. $17._{45}$ sententia relativa pendens ex idoneus. $17._{101}$ sententia relativa, eo verbo, ex quo pendet, tota sententia dirempta. $17._{183}$ sc. sunt. 17_{184} sc. es et est. $17._{242}$ praemonere coniunctum c. acc. c. inf.

In gravissimis autem sunt numeranda vel, quod in hac una epistula occurrunt, in ceteris tot Ovidi scriptis nusquam, vel quod nullum praebent sensum, vel quod repugnant arti grammaticae Ovidii, haec: $16._1$ salutem tribuere. $16._7$ lumen ignis. $16._9$ ut: in exeunte sententia. $16._9$ vocem addere rebus. $16._{15}$ spes rata. $16._{18}$ non leve numen. $16._{22}$ Phereclea puppe. $16._{30}$ Taenaris pro Taenaria. $16._{41}$ convellere fata. $16._{42}$ dicta relata. $16._{43}$ partu remorante. $16._{47}$ nox opaca. $16._{55}$ amantis saxa capellae. 16_{56} bovis tardae. 16_{69} certamina siste. $16._{74}$ notare vultu. $16._{74}$ causam vincere. $16._{84}$ suspensi timoris. $16._{89}$ versis ad prospera fatis. $16._{94}$ votum tenere. $16._{102}$ placidus

sopor. 16.$_{106}$ caerulea via. 16.$_{110}$ longa Ida. 16.$_{112}$ texitur carina. 16.$_{119}$ vota inhibere. 16.$_{120}$ viae iter. 16.$_{128}$ Oebali nymphae. 16.$_{135}$ praecordia intonuisse. 16.$_{140}$ in dubium futura fuit. 16.$_{173}$ generosae: subst. 16.$_{227}$ tenet artius. 16.$_{250}$ oculis aditum dare. 16.$_{254}$ tortilis ansa. 16.$_{260}$ adire sonis. 16.$_{278}$ descendit vulnus. 16.$_{285}$ Venus marita. 16.$_{293}$ semine (a)morum. 16.$_{297}$ hora iugalis. 16.$_{301}$ videret pro viseret. 16.$_{320}$ = 15.$_{124}$ candidior die. 16.$_{326}$ reus esse. 16.$_{327}$ sequor factum. 16.$_{339}$ pars futuri. 16.$_{342}$ Graecia magna. 16.$_{346}$ Bistonis ora. 16.$_{352}$ quaque libet. 16.$_{353}$ consurgere bellum. 16.$_{356}$ dives abundat. 16.$_{357}$ Atrides Menelaus. 16.$_{373}$ sumere ferrum. 16.$_{374}$ certamen movent. 16.$_{376}$ aeterna posteritate. 16.$_{378}$ exige munera pacta. 16.$_{378}$ plena fide.

17.$_{8}$ oculos violare. 17.$_{8}$ Taenaris ora. 17.$_{16}$ tenor vitae. 17.$_{17}$ ficto ore. 17.$_{18}$ duris superciliis. 17.$_{19}$ fama clara. 17.$_{31}$ nequitia contenta. 17.$_{46}$ exemplo flecti. 17.$_{51}$ vitium redemit. 17.$_{56}$ Tantalidae Pelopis. 17.$_{63}$ sceptra potentia. 17.$_{64}$ sceptra minora. 17.$_{67}$ epistula dives. 17.$_{75}$ plus multo est. 17.$_{76}$ longae aquae. 17.$_{80}$ instantes oculos. 17.$_{84}$ supercilio loquente. 17.$_{90}$ littera fecit. 17.$_{95}$ facies rara. 17.$_{99}$ disce exemplo. 17.$_{103}$ magis sc. plus. 17.$_{108}$ veniam dabit iudicio. 17.$_{113}$ convellere pectus, verbis convellere. 17.$_{115}$ sortem tueri. 17.$_{118}$ se exhibere. 17.$_{121}$ caelestia corpora pro deos. 17.$_{123}$ pars altera sc. narrationis. 17.$_{125}$ fiducia corporis. 17.$_{138}$ pectus amem. 17.$_{141}$ proscindere litus aratro. 17.$_{142}$ locus negat. 17.$_{145}$ tacito libello. 17.$_{146}$ littera fungitur. 17.$_{147}$ nescia rerum. 17.$_{149}$ oculos in vultibus esse. 17.$_{151}$ mala murmura. 17.$_{155}$ maior non maxima. 17.$_{157}$ procul profectus est. 17.$_{157}$ re cogente. 17.$_{158}$ subitae viae. 17.$_{161}$ resque domusque. 17.$_{163}$ risum compescere. 17.$_{168}$ manus longae. 17.$_{169}$ constantius. 17.$_{171}$ ut nunc est = 16.$_{50}$. 17.$_{174}$ moribus et vitae. 17.$_{175}$ vitae confidit. 17.$_{177}$ tempora ne pereant. 17.$_{179}$ exacta voluntas. 17.$_{180}$ in dubio labant. 17.$_{183}$ sermone coire. 17.$_{185}$ invitare culpam. 17.$_{187}$ rusticitas excutienda. 17.$_{192}$ parva aqua. 17.$_{195}$ Minoia virgo. 17.$_{201}$ constans manere. 17.$_{202}$ expediunt vela. 17.$_{203}$ nox sperata. 17.$_{204}$ ven-

tus fert in. 17.$_{205}$ cursibus in mediis. 17.$_{205}$ novitatis plena. 17.$_{208}$ pronurus. 17.$_{208}$ magni Laumedontis. 17.$_{209}$ praeconia famae. 17.$_{213}$ sentire de. 17.$_{221}$ reprehensor. 17.$_{223}$ cultus beatus. 17.$_{226}$ congesto pondere. 17.$_{226}$ pondus auri. 17.$_{229}$ Phrygiis in oris. 17.$_{234}$ Idyia. 17.$_{234}$ Chalciope. 17.$_{236}$ augurio fallitur. 17.$_{236}$ spes fallitur. 17.$_{238}$ lene fretum. 17.$_{267}$ mens furtiva. 17.$_{267}$ arcanum opus. 17.$_{267}$ littera conscia. 17.$_{267}$ littera sistat opus. 17.$_{268}$ lasso pollice. 17.$_{270}$ consilium sunt.

16.$_{98}$ ad = im Vergleich zu. 16.$_{177}$ sceptra = regna. 16.$_{215}$ qui = quomodo. 16.$_{280}$ verax pro verus. 16.$_{358}$ anteferre pro praeferre. 17.$_{61}$ suspicere = magni aestimare. 17.$_{219}$ dicere = vocare.

Formae insolitae: 16.$_{247}$ petulantius. 16.$_{329}$ Leucippidas. 17.$_{73}$ acceptissima.

Omnino sensu carent vel eo loco, quo ea legimus: 16.$_{55}$ patulo ore carpitur. 16.$_{113}$ vela sequentia malos. 16.$_{117}$ imposita est factae postquam manus ultima classi. 16.$_{298}$ si modo promisit non mihi vana Venus. 17 $_{42}$ dicuntur. 17.$_{198}$ diceris.

Repugnant arti grammaticae Ovidianae: 16.$_{30}$ agnoscor per. 16.$_{69}$ sententia interrogativa pendens ex verbo substantivo. 16.$_{74}$ vereor c. acc. c. inf. 16.$_{95}$ nec tantum . . . sed etiam. 16.$_{153}$ reddidit sine obiecto positum. 16.$_{156}$ abstraherere de. 16.$_{169}$ legisse sine obiecto positum. 16.$_{169}$ videbor pro mihi videbor. 16.$_{171}$ deprecor modo ne. 16.$_{200}$ gerundium in casu obliquo positum et coniunctum cum casu obliquo. 16.$_{251}$ participium in casu abl. positum et coniunctum cum casu accusativo. 16.$_{254}$ excidit a. 16.$_{279}$ laesa consecutio temporum secundaria sententia pendente ex fore. 16.$_{321}$ iurare aliquem. 17.$_{20}$ laudem habere de. 17.$_{27}$ fructum tulit e. 17.$_{107}$ primus de.

Arti metricae repugnant 16.$_{22}$ et 16.$_{38}$: versus pentametri exeuntes in tria verba substantiva. Accedunt denique et argumenta metrica et multa alia, quae iam in praefatione commemoravimus.

Iam liceat pauca afferre, quae alii, quorum non iam in prooemio mentionem feci, vituperaverunt: 16.$_{33}$ veluti: Hein-

sius, Burmannus. 16.$_{39}$. $_{40}$ Bentleius delevit. 16.$_{49}$. $_{50}$ idem delevit. 16.$_{69}$ Bentleius: es sumptus. 16.$_{135}$ praecordia intonuisse: Bentleyus. 17.$_{43}$ Bentleius. 17.$_{239}$ Trillhasius. 17.$_{247}$ Sedlmayer.

Postremo admoneo eorum locorum, ubi similitudo cum scriptis Ovidii eiusmodi est, ut optimo iure summam moveat suspicionem; cf. igitur 16.$_{7}$ — her. 12.$_{39}$; 16.$_{18}$ — M. 4.$_{452}$; 16.$_{53}$ — A. 1.14.$_{11}$; 16.$_{70}$ — F. 6.$_{100}$; 16.$_{78}$ — ep. Sapph. 4; 16.$_{94}$ — ep. Sapph. 20; 16.$_{107}$ — her. 5.$_{41}$; 16.$_{115}$ — F. 2.$_{463}$; 16.$_{361}$ — her. 5.$_{94}$; 16.$_{367}$ — her. 5.$_{93}$. 13.$_{63}$; 17.$_{37}$ — T. 1.9.$_{25}$; 17.$_{47}$ — A. 1.3.$_{22}$; 17.$_{48-50}$ — her. 7.$_{108}$. $_{111}$; 17.$_{103}$ — F. 6.$_{632}$; 17.$_{132}$ — F. 3.$_{350}$; 17.$_{199}$ — her. 5.$_{130}$; 17.$_{228}$ — T. 3.3.$_{8}$; 17.$_{245}$ — F. 4.$_{121}$. A.a. 1.$_{625}$; 17.$_{256}$ — her. 13.$_{82}$.

Haec sunt, quae invenerimus in ep. 16 et 17 pertractatis, et facile omnes intellegent vitia nimis multa esse, quam ut illas epistulas ab Ovidio compositas credamus. Nam vitia illa Ovidio seni non tribuenda esse iam supra hic illic ostendi; deinde ep. 16.$_{39-142}$, cum et similitudinibus et vitiis ab reliqua parte illius epistulae non dissentiant, retinenda censeo. Quamquam autem saepius perlegi omnia Ovidii scripta, tamen concedo fieri potuisse, ut aliquid me effugeret. Licet igitur refellat aliquis haec illa, quae protuli, certe supererunt satis multa, quae refelli non possint.

Sed concedo illas epistulas una cum ep. 18 - 21 aut esse retinendas aut reiciendas; de reliquis igitur epistulis si idem demonstratum erit ac de his, omnibus persuasum erit illas ep. 16—21 imitatoris opus esse; hic iam mihi sufficiet, si ostendero eas non compositas esse ab Ovidio quam maxime esse veri simile.

Index.

Vita.

Natus sum Francofurtiae, quae est sita ad Moenum fluvium, a. D. III Non. Dec. anni MDCCCLXIII. Puerum sex annorum me pater scholae tradidit, quae tum vocabatur Höhere Bürgerschule nunc Klingerschule, ubi optimis magistris sum usus; tum me pater carissimus maxime Brittnero magistro auctore, cui summam semper habebo gratiam, gymnasio Francofurtensi tradidit; atque hic magis magisque litteras sum amplexus et adhortantibus et adiuvantibus magistris, quibus optimis sum usus; erant enim Mommsenus, Reinhardus, Gillhausenus, Rieseus, Fischer, Schuetzius, Hauschildus alii.

Deinde inuente anno MDCCCLXXXIIII examine superato studiorum causa in academiam Marpurgensem transii, ubi audiebam professores: Schmidtium, Birtium, Bergmannum, Lucaeum; sed iam autumno eiusdem anni ad almam matrem Berolinensem abii, ubi duos annos sum versatus: audiebam autem professores Vahlenum, Kirchhoffium, Huebnerum, Wattenbachium, Zellerum, Diltheyum, Paulsenum, Curtium, Robertum, Semischum. Remansi deinde in universitate Berolinensi usque ad mensem octobrem anni MDCCCLXXXVI; illo tempore autem redii ad almam matrem Marpurgensem, ubi remansi ad autumnum anni MDCCCLXXXVII. Audiebam autem professores Schmidtium, Birtium, Justium, Bergmannum, Cohenum, de Sybel, Heinricium, Achelem, Rankenum. Sodalicio philologorum interfui. — Liceat autem mihi hic et Schmidtio et Birtio professoribus quam maximas gratias agere, quod ad hunc diem semper libentissime opera et consilio me adiuverunt.

Mense octobri anni MDCCCLXXXVII redii Francofurtiam, ubi adhuc remansi